



A
13210





Theologie 405 A

A. 13210

Sub Carolo Ferdinando Relig. S. Jacobi

DIVA
LEODIENSIS
CONSOLATRIX
AFFLICTORVM

IN SANCTI REMIGII TEMPLO
CELEBRIS,
SIVE

IMAGINIS EIVS
IN CIVITATE LEODIENSI
VENERATIO,

Cum adiunctis quibusdam Canticis Spiritualibus
SERENISSIMO

MAXIMILIANO
HENRICO

UTRIVSQUE BAVARIÆ DVCI,
LEODIENSIVM PRINCIPI, &c.
SACRVM.

A R. D. ac M. IOANNE HENRICO MANICART S. Theol.
Licent. Prothonotario Apostolico, & Pastore
S. Remigij Ciuitatis Leod.



LEODII

Typis Balduini Bronckart Typ. sub S. Francisco Xauerio, 1657

SVPERIORVM PERMISSVS



PIETATE, & SAPIENTIA.

SERENISSIMO, ET ILLVSTRISSIMO
PRINCIPI
MAXIMILIANO
HENRICO

D. G. ARCHIEPISCOPO COLONIENSI,
PRINCIPI ELECTORI,
S. R. IMPERII PER ITALIAM ARCHICANCELLARIO
SANCTÆ SEDIS APOSTOLICÆ
LEGATO NATO,

Episcopo, & Principi Leodiensi, & Hildesfensi,
Administratori Berchtelsgadensi, Vtriusque
Bauariæ, Superioris Palatinatus, Westphaliæ,
Angariæ, & Bullonij Duci, Comiti Palatino
Rheni, Landtgrauio Leuchtenbergensi, Mar-
chioni Franchimontano, Comiti Loffensi,
Hornensi, &c.

PRÆSVLVM, PRINCIPVM
SYDERI;

IMPERII, GERMANIÆ, PATRIÆ
DELICIO,

BEATISSIMÆ MARIE VIRGINIS
CONSOLATRICIS AFFLICTORVM
MAXIMO CVLTORI.



SERENISSIME PRINCEPS,
CLEMENTISSIME DOMINE:

DIuam Leodiensem Consolatri-
tricem Afflictorum, seu Ima-
ginis eius in Templo S. Remi-
gij Ciuitatis Vestrae Leodiensis vene-
rationis Libellum Celsitudini Tuæ
humiliter dedico, debiti Cultus ac
obseruantia Symbolum certissimum.

Tu solus SERENISSIME PRINCEPS
mihi occurristi; vtpotè qui iam inde
à primis vnguiculis materno cum la-
cte *Auitam* in Mariam *Pietatem* imbi-
bisti, & qui tanquam alter Cherubim
ad Ciuitatis, & Patriæ huius tutelam
positus, hostes incurfu prohibes, &
indigenas ab omni clade feliciter tue-
ris, non sine Dei & Beatae Virginis
Mariæ Matris eius ope, quam vtique
nobis rara tanti Principis Pietas con-
ciliat.

Donum

Donum illud licet exiguum pro
insitâ Clementiâ Celsitudo Tua pro-
bare dignetur.

VOTA SACRA.

Fiat manus tua Domine super virum dex-
teræ tuæ, & super filium hominis quem
confirmasti tibi. Ps. 79.

Provideat Dominus Spirituum Serenif-
sime Princeps, ut dignè sis super hanc mul-
titudinem: possisq̃ue ante eos exire, educere,
introducere. Num. 27.

Det tibi Deus de rore Cæli benedictio-
nem, & de pinguedine terræ abundantiam.

Qui tibi maledixerit sit maledictus: Qui
tibi benedixerit sit benedictus. Genesis 27.

Tibi Serenissime Princeps, S. Petrus
Pastorum Pastor Claves suas in potestatis
consortium communicet.

*Tibi S. Paulus eius Consors Gladium
Spiritus, quo demetas omnem altitudinem
extollentem se contra Deum concedat.*

*Tibi S. Maternus Poderem, & Ephod
Sacerdotale Symbolum puritatis, & perseue-
rantia à Domino impetret pro sacro munere.*

*Tibi Serenissime Princeps, S. Remi-
gius Palatij Tui Bonnæ Tutelaris Pallium
suum cum duplici Spiritu, velut alter Elias
Elizeo Discipulo ad feliciter regendum Popu-
lum testamento consignet.*

*Tibi S. Lambertus cuius es Successor præ-
roget partem ardentis Zeli sui, & Sapientia.*

*Tibi S. Hubertus, & S. Floribertus non
solùm pedum Pastorale, sed & virtutum sua-
rum hereditatem piorum instar Parentum
donent, & resignent.*

*Tibi Serenissime Princeps, S. Maxi-
milianus, & S. Henricus diuinâ prorsus ordi-
natione*

*natione è Duce Bauaria Imperator factus,
in omnibus Duces sint præuij, & fideles suis
precibus Adjutores.*

*Tibi Maria Virgo Consolatrix Af-
flictorum Annulum pronubum tradat, quo
Ecclesiæ huius Leodiensis fidus Sponsus per-
maneas.*

*Tibi Pater, Filius, & Spiritus San-
ctus cœlestis gloria Cidarim præparent, quâ
æternum coroneris.*

Ad multos Annos Fiat, Fiat.

Ad Annos æternos Fiat, Fiat.

ITA VOVET

IO. HENRICVS MANIGART
Leodius, S. Th. Licent. Pastor
S. Remigij, humilis Subditus
vester.

INDEX EORVM QVÆ HOC
LIBELLO CONTINENTVR.

- S**criptoris votum.
Inscriptionis Libelli ratio.
 Diua Leodiensis Consolatrix Afflictorum à Magnis honorata.
- CAPVT I.** Leodiensis Patria Deiparæ Virginis favore, ac tutelâ nobilis. fol. 1.
- CAP. 2.** Quo tempore Diua Leodiensis cœperit miraculis clarescere. 4.
- CAP. 3.** Vicarij Generalis deliberatio de duobus miraculis. 8.
- CAP. 4.** Religiosa maximâ neruorum contractione affecta auxilium Virginis persensit. 14.
- CAP. 5.** Cœcus à B. Virgine adiuuatur. 16.
- CAP. 6.** Maleficiata à B. Virgine opem impetrat.
 Plures à Virgine Maria in maris naufragio adiuuantur. 18.
- CAP. 7.** Filiæ in graui, ignotoque morbo B. Virgo succurrit.
 Puella in mortis periculo auxilium Deiparæ persensit. 21.
- CAP. 8.** Quidam manuum, pedumque vsu destitutus, vtrumque Leodij se obtinuisse credit. 23.
- CAP. 9.** In morbo quem vocant gallicum B. Virgo Mulieri subuenit. 24.
- CAP. 10.** Debili pedibus standi firmiter, & incedendi facultas à Diua Virgine concessa creditur.
 Iuuenis ab Hernia se liberatum ope Virginis credit. 25.
- CAP. II.** Puella morbo caduco laborans, & Muta Beatæ Mariae

- Mariæ Virginis auxilium sensit.
 Nobilis magnum Beneficium impetrat. 26.
- CAP. 12.** Cuidam parturienti Diua Virgo subuenit. 28.
- CAP. 13.** Mulier grauiter afflicta iuuatur à Virgine. 29.
- CAP. 14.** Quædam in puteum cadens auxilium Mariæ Ma-
 tris recepit. 30.
- CAP. 15.** Monialis Diabolicis illusionibus vexata, Benefi-
 cium à Virgine recipit.
 Quædam humoribus melancolicis ad desperationem
 vsque obruta, Beneficium à Virgine impetrat. 31.
- CAP. 16.** Nobili Domicellæ in fulminis periculo succur-
 rit. 32.
- CAP. 17.** Surdus adiuuatur.
 Fœminæ parturienti subuenit. 34.
- CAP. 18.** Honestæ Ioanna Masset in doloribus tibiæ Vir-
 ginis opem recepit.
 Alia in partu adiuuatur. 35.
- CAP. 19.** Puellam brachium vehementi defluxione affe-
 ctum habentem adiuuat Beata Parens.
 Alia insolenti melancoliâ vexata, Beneficium à Deipa-
 ra recipit. 37.
- CAP. 20.** Foilliana Vaes in impedimento visus adiuua-
 tur.
 Margarita Patrente in partu Beneficium à Virgine reci-
 pit. 38.
- CAP. 21.** Puellam ab impuro homine Beata Parens libe-
 rat. 39.
- CAP. 22.** Plures à Beata Virgine adiuuantur. 40.
- CAP. 23.** Lumine rationis priuatam (vt videbatur) sanam
 euasisse ope Virginis Parentes credunt.
 Ioanna d'elle Hers in tibiæ doloribus adiuuatur.
 41.
- CAP. 24.** Reuerendus quidam Pastor à fulmine (vt credit)
 præseruatur. 42.
- CAP. 25.** Amens æstimata Beneficium consequitur. 43.

CAP. 26. Plures à Deipara maxima Beneficia receperunt.

44.

Ad Beatæ Mariæ Consolatricis Afflictorum Cultores Adhortatio.

46.

Canticum Spirituale ad honorem Beatissimæ Mariæ Virginis Consolatricis Afflictorum Leodij in Sancti Remigij Templo celebris.

49.

INDEX



INDEX

CANTICORVM:

F <i>Ulcite me languoribus</i> ;		<i>O quàm glorificata.</i>	28.
pagina 1.		<i>O sorte fœlix Angele.</i>	30.
<i>Stabat Mater.</i> dupliciter.	2.	<i>Dulcis IESV, dulce Nomen.</i>	31.
<i>Aue Princeps generosa.</i>	4.	<i>Aue Virgo gratiosa.</i>	32.
<i>Stabat Mater.</i>	5.	<i>Salve Pater Saluatoris. idem.</i>	
<i>Aue dulcis Mater Christi.</i>	6.	<i>IESV dulcis memoria. tripli-</i>	
<i>Lacrymæ Matris prodeunt.</i>	8.	citer.	34. 35.
<i>Maria septem tangitur.</i>	9.	<i>IESV nostri Redemptio.</i>	35.
<i>Mentes pungant fidelium. idem.</i>		<i>O quàm amabilis.</i>	36.
<i>Condolentes mœroribus.</i>	10.	<i>Adoro te deuotè.</i>	37.
<i>Beata immaculata.</i>	11.	<i>Aue viuens Hostia.</i>	38.
<i>Aue Virgo gratiosa.</i>	12.	<i>Patris sapientia.</i>	39.
<i>Aue digna plus laudari.</i>	13.	<i>Christus verè noster cibus.</i>	41.
<i>Aue mundi spes Maria. idem.</i>		<i>Rorat e Cœli desuper.</i>	42.
<i>Aue maris stella.</i>	14.	<i>In Natali Domini.</i>	44.
<i>Aue fuit prima salus.</i>	15.	<i>Omnis mundus.</i>	45.
<i>O gloriosa Domina.</i>	17.	<i>Festum diem hodie.</i>	46.
<i>Languentibus in purgatorio.</i>		<i>Cui Deus Pater est.</i>	47.
<i>idem.</i>		<i>Diei solemnia.</i>	48.
<i>Omni die dic Maria.</i>	18.	<i>Puer natus. quadrupliciter.</i>	
<i>Virginis Marie laudes.</i>	20.	49.	
<i>Tota pulchra es Maria.</i>	21.	<i>Puer nobis nascitur.</i>	52.
<i>Stella Cœli extirpauit.</i>	23.	<i>Huc ad Regem Pastorum.</i>	53.
<i>Octo modulationes Litaniarum</i>		<i>O heros inuincibilis.</i>	54.
<i>B. Maria Virginis.</i>	25. 26.	<i>Miserere.</i>	55.

Litania

Litania omnium Sanctorum:

idem.

Canticum Fratris Iacoboni. 56.

Aliud eodem cantu. 57.

Adhortatio ad penitentiam. 58.

O filij, & filia. 59.

Surrexit Christus.

60.

O filij & filia; de Ascensione.

61.

Ipsa die Pentecostes.

62.

Cantus PP. Oratorij in Vespere


116.

63.

CANTICORUM

MARIÆ





M A R I Æ
C O N S O L A T R I C I
A F F L I C T O R V M
I N S A N C T I R E M I G I I T E M P L O
L E O D I I
S C R I P T O R I S V O T V M.

A M A V I T E
E T
M E R I T O A M A B O T E
O M A R I A,
C O N S O L A T R I X A F F L I C T O R V M,
M A T E R D V L C I S S I M A:

Cur non diligam Te, ô MARIA? Mater es &
Virgo:

*Gaudia Matris habes cum Virginitatis honore,
Nec primam similem visa es, nec habere sequentem.*

A

Nihil

Nihil te grandius, ô benignissima Mater, quæ magnitudinem summæ Diuinitatis intra tui benedicti ventris clausisti arcanum? Attendat quis Seraphim, & in illius superioris naturæ superuolet dignitatem, & videbit quidquid maius est, minus te esse, solumque opificem te superare.

Hoc solum quod Dei Mater es excedit omnem altitudinem, quæ post Deum dici, vel cogitari potest.

O MARIA,
CONSOLATRIX AFFLICTORVM,
MATER DVLCISSIMA:

Tot Creaturæ tibi seruiunt, ô Mater Dulcissima, quot seruiunt Trinitati, inquit S. Bernardus.

Tu Mater & Sponsa Regis æterni. Tu Mater es membrorum Saluatoris, quia cooperata es Charitate vt fideles in Ecclesiâ nascerentur, ita vt ex tunc omnes in tuis visceribus baiulares tanquam verissima Mater suos filios.

O Inuentricem gratiæ, Mediaticem salutis, Restauratricem sæculorum, quæ proprio filio non percipit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.

Per manus tuas, ô Dulcissima Mater, omnia dona, virtutes & gratiæ ipsius Spiritus Sancti quibus vult, quando vult, & quomodo vult administrantur, vt proinde si quid spei in nobis est, si quid gratiæ, si quid salutis à te nouimus redundare.

MERITO IGITVR AMABO TE,
O MARIA,
CONSOLATRIX AFFLICTORVM,
MATER DVLCISSIMA:

Tu Mater pulchræ dilectionis , & timoris , & agnitionis , & sanctæ spei , in te gratia omnis vitæ & veritatis. In te omnis spes vitæ & virtutis. Qui elucidant te vitam æternam habebunt.

Dicam cum Sancto Anselmo : sicut impossibile est vt illi à quibus oculos tuæ misericordiæ auertis saluentur: ita necessarium est quod hi ad quos conuertis oculos tuos pro eis aduocans iustificentur, & glorificentur.

Tu Porta Cœli , Imperatrix mundi , Refugium Peccatorum , Aduocata nostra.

O Maria Mater pia,
Spes vnica fidelium,
Tua prece melliflua
Natum redde propitium.

Quo mortis suæ merito
In huius vitæ stadio
Nos seruet , nosque liberet
A Gehennæ incendio.

Ora pro Populo , interueni pro Clero , sentiant omnes tuum iuuamen, quicumque celebrant tuam sanctam commemorationem.

IVRE MERITO AMABO TE,
O MARIA,
CONSOLATRIX AFFLICTORVM,
MATER DVLCISSIMA,

Hocque amoris mei in Te, venerationisque
testimonium appendo

IOANNES HENRICVS MANIGART
LEODIVS.



LECTORI
BENEVOLO.



Ors fuit, vt nuper quidam Amicus meus pietate & scientiâ præditus Miracula quædam D. Virginis Hallis, Siluæ-Ducis, & in Monte Acuto patrata mihi narraret, quæ dicebat à multis annis Latinè descripta, admirationem mihi peperit illa narratio, & magnum dolorem, idque idè quod Miracula approbata Diuæ Leodiensis Consolatricis Afflictorum Latinè sicut alia expressa non essent.

Quin tu mihi submissè dicebam Diuæ tuæ Tutelaripro modulo tuo hoc præstas? peccasti tarditate.

Arripui calamum, & hoc ordine digessi satis inconcinnè.

Adiunxi Fauores seu Beneficia quæ fide digni se ope B. Mariæ Virginis obtinuisse credunt, ab eisq; seu Parentibus mihi vel Notario Publico relata. Illam qualem qualem meam operam æqui, bonique consule. Vale.



D I V A
L E O D I E N S I S
C O N S O L A T R I X
A F F L I C T O R V M
A M A G N I S H O N O R A T A

Deus Optimus, qui Templum Sancti Remigij Leodij elegit, vbi Matri suæ singularis cultus tribueretur, Primarios statim impulit vt illam modis varijs honorarent.

Ferdinandus vtriusque Bauariæ Dux, Episcopus & Princeps Leodienfis, &c. gloriosæ memoriæ Miraculorum, quæ illic Virginis ope patrabantur famâ permotus sapiùs personas religiosas & pias Bonnâ misit, vt nomine suo Consolatricem Afflictorum honorarent: & in signum sui amoris liberalitatisque in Diuam anno millesimo sexcentesimo quadragesimo quarto, trigesimâ primâ Iunij
Cereum

Cereum ingentem magni valoris & ponderis Beatae Virgini per Vicarium suum Generalem Dominum Ioannem à Chokier vtriusque Iuris Doctorem offerri voluit ad eiusdem Virginis honorem cum suis insignibus, & hac inscriptione:

*Ferdinandus D. G. Archi. Col. Prin. Elect. Episc.
& Prin. Leod. 31. Iulij 1644. B. M. V.
consecrat.*

Rarum illud, & ad Diuæ Virginis gloriam exitium eundem Serenissimum Principem cum suis Nobilibus & totâ Curiâ genibus flexis horâ integrâ aliquando in S. Remigij Templo coram Imagine Virginis orasse.

Potuitne suum in Diuam affectum testari clariùs?

Quid dicam de Reuerendissimo & Serenissimo Episcopo, & Principe nostro Maximiliano Henrico Ferdinandi Nepote (quem vt Deus nobis diu conferuet precamur) Vtriusque Bauariæ Duce, &c. ?

Potuitne suum in Deiparam affectum demonstrare clariùs, quàm cum post Sacrum Pontificale in Cathedrali Diui Lamberti celebratum primum in Æde Remigiana coram Imagine Beatae Virginis Miraculosâ celebrauit, vbi Nobiles, & Aulicos suos, maximamque Populi multitudinem Sacrà Synaxi refecit.

Exemplum

Exemplum rarum in tanto Principe, qui etiam
Ædem illam suâ liberalitate exornauit.

Quid dicam de Episcopis, Abbatibus, Canoni-
cis, alijsque Ecclesiasticis? Quid de Nobilibus, Du-
cibus, Comitibus, Baronibus? si eorum deuotio-
nem, & affectum erga Mariam Consolatricem
Afflictorum enarrare vellem, dies non sufficeret.

AD



AD DIVAM VIRGINEM AFFLICTORVM
CONSOLATRICEM
CHRONOGRAPHICA QVATVOR;

A VE Ô CHARA MATER DEI, GRATIA PLENA.
CONSOLARE NOS GRATIA TVA Ô MATER DEI.
Ô DIA PARENS AFFLICTORVM,
OPEM DA CLIENTIBVS.

AD R. DOMINVM PASTOREM
LIBELLI HVIVS AVCTOREM.

Epigramma.

Pastor es, & pascis vitâ, verboque salutis
Quos Summus iussit pascere Pastor Oves.
Ædificas Sacras Ædes, laudesq; MARIÆ
Hymnis, ore, libris, qualibet arte canis.
Si pergis, Cœli te pascua, Templaq; Diuim,
Et Chorus æterni Regis, & Aula manent.

Amicus D. C. Q.



APPROBATIO.

Imprimatur ad maiorem Dei & Beatissimæ Vir-
ginis gloriam. Datum 20. Martij 1657.

*Henricus Du Mont, in absentia
R. admodum Domini Vicarij,*

Quia opera Dei reuelare & confiteri honorifi-
cum est, *Tob. 12.* ideò hic Libellus, zelo
sui Auctoris totus feruens, lucem meretur; cùm
non contineat, nisi Diuinos Fauores à Matre Dei
diuersis impertitos, & notanter duo Miracula ap-
probata, & simul Cantica Spiritualia, quæ quan-
tùm fidelium deuotionem accendant erga eandem
Dei Matrem, ipse quotidianus Populi concursus ad
Ecclesiam Sancti Remigij eloquitur. Datum hac
9. Februarij 1657.


*Gerardus Printhaye, S. T. L.
& Professor.*

DIVA
LEODIENSIS
CONSOLATRIX

AFFLICTORVM
IN SANCTI REMIGII TEMPLO
CELEBRIS,

Siue Imaginis eius in Ciuitate Leodiensi
Veneratio.

*Eius item Miracula duo approbata, & Fauores, seu Beneficia,
quæ fide digni se ope B. M. Virginis obtinuisse credunt,
ab eis, seu Parentibus D. Pastori vel Notario
publico fideliter relata.*



CAPVT PRIMVM.

LEODIENSIS PATRIA DEIPARÆ
Virginis fauore ac tutelâ nobilis.



Eferam quædam quæ Petrus Bertius
Belga Vir doctissimus de Patriâ Leo-
diensi scripsit.

In Leodiensi (inquit) Principatu
sunt Ducatus Bulloniensis, Comitatus Loffensis &

Hasbania, multaque Dominia magna præter Baronatus, & Abbatias quinquaginta. Aer hinc purgatus & salubris, ager amœnus, fertilis omnibus rebus affluens. Habet & ferri & plumbi, atque etiam argenti optimi fodinas, sed auri parciore. Sunt etiã in montibus lapicidinae alabastri & marmoris varij: sunt & saxa grandia, fossilia ad ignem idonea, quæ summo labore ex altis montibus, atque etiam sub ipso Mosæ alueo magnis cavernis excauato petuntur, atque in Prouincias externas nauibus deferuntur, pretio in singulos annos excedente summam centies mille ducatorum. Hunc lapidem vocant carbonem Leodiensem. Is ubi semel ignem concepit paulatim accenditur, oleo exstinguitur, aquã vires concipit: calor ei vehementissimus: quo fit vt Leodienses tria sibi præ alijs gentibus arrogent. Panem pane meliorem, ferrum ferro durius, ignem igne calidiorem.

Vrbes in hoc tractu præcipuæ sunt quatuor & viginti, vltra quas addendum Veruium mercaturã pannorum celebre & ditissimum Oppidum. Earum Metropolis est Leodium. Vrbs ipsa laxa est, montesque & valles aliquot complectitur: ambitus eius est plusquam quatuor Italicorum miliarium, ædificia ampla, ac præ cæteris superbum est & magnificum Palatium Episcopi & Principis. Publicis verò Templorum structuris siue numerum Ecclesiarum

fiarum spectes, siue elegantiam, splendorem, diuitias, omnes superat non modò Gallia, sed etiam Germaniæ Vtriusque Ciuitates. Octo in ea sunt Tempia Collegiata, in quibus admodum diuites Canonici: splendidissimum verò est Templum S. Lamberti, qui tutelæ præest Ciuitatis. Sunt & plures Abbatia perquam opulentæ: Parœciæ sunt triginta quatuor cum Ecclesijs totidem.

Studia hîc olim (sicut & nunc) magno in honore fuere, adè vt obseruatum sit vno eodemque tempore Leodij nouem Regum Filios, viginti quatuor Ducum, viginti nouem Comitum litteris artibusque humanioribus operam nauasse, præter Baronum, & aliorum Illustrium Virorum liberos, qui plerique omnes Canonici erant Templi Sancti Lamberti. Hæc ille inter multa alia.

Ioannes de Mandeuille Doctor quondam Medicinæ celeberrimus, post multas & difficillimas peregrinationes per terrarum orbem susceptas, negat se vllum locum offendisse, qui magis Leodiensi tractu placeret, habita ratione sanitatis, amœnitatis, elegantia, atque aliarum deliciarum; ob quæ omnia Regio ista communi prouerbio vocatur *Paradisus Sacerdotum*: at cur non etiam Paradisus Auitæ in Mariam pietatis? Vspiamne fragrantiores Marianæ pietatis ac honoris vernant flores?

Dico Deiparam Virginem in nobili illo suo

4
DIVA LEODIENSIS
Leodiensi Paradiso benè multas, benè fœcundas
aromatum suorum areolas sua quasi manu con-
seuisse.

Testis erit Diua Foënsis, Huensis, Tongrensis, in
Cortenbosch, & aliæ quàm plurimæ.

Vnam ego tamen in primis amo, veneror, ac sus-
picio Leodiensem ad S. Remigij videlicet, quæ, &
temporis antiquitate, & Beneficiorum claritudine
non parùm excellit.



CAPVT II.

QVO TEMPORE DIVA LEODIENSIS
*Consolatrix Afflictorum in Templo Sancti
Remigij cœperit Miraculis
clarefcere.*

SI quid ad cultum, Religionemque Imaginum
Saddat temporis antiquitas, referunt Viri anti-
quitate & scientiâ præditi (& est talis traditio) Vir-
ginem Mariam aliquot retrò sæculis honoratam in
Sancti Remigij Templo, quod situm est in Insula
Leodiensi loco salubri, & amœno: in qua duæ in-
signes Collegiatæ Sancti Pauli, & Sancti Ioannis
Euangelistæ, quatuor Parœciæ, plurimaque Mona-
steria vtriusque sexus, & loca pia.

publico bo-
no cõdidit-
se Nithardū
Episcopum
Leodiensem
ferunt anno
1040. &

Neque

CONSOLATRIX AFFLICTORVM. 5

Neque ideò apud quemquam huius Historiæ fides in dubium veniat, quod apud celebriores Historicos illius mentio vel nulla, vel exigua reperitur: sed id potiùs Scriptorum istius temporis negligentia, aut vt verosimilius paucitati adscribat. Defectus huiusmodi plurimos in Historicis etiam celeberrimis hodieque est reperire, qui multa luce dignissima alto silentio prefferunt, quæ tamen in Ecclesiarum etiam Cathedralium, Monasteriorum, immò & rerum publicarum Archiuis, siue Tabularijs certissimâ fide consignata asseruantur.

Quid quòd bellorum motus, rapinæ, incendia Scriptorum labores istis præsertim sæculis ademerunt.

Deuotio refrixerat, sed anno millesimo sexcentesimo quadragesimo tertio iterum incaluit, & ab eo tempore nihil de feruore remissum est, sed magna ad eum facta est accessio. Testes enim sunt Nostræ Dominæ ad fontes, S. Ioannis Baptistæ, Sancti Foilliani, Sanctæ Aldegundis, Sancti Seruatij, Sanctæ Magdalenæ Parœciæ Ciuitatis Leodiensis, & aliæ quàm plurimæ totius Patriæ, quæ eiusdem Virginis Imagines in Templis suis collocatas hodiè religiosè deuenerantur.

Concurrunt non solùm Incolæ, & Accolæ, sed è remotioribus Pagis, & Urbibus plurimis, Huo, Tongris, Traiecto ad Mosam, Dionanto, Bruxellis

Bruxellis interdum, alijsque locis ad Deiparę Templum, & tanto affectu, vt eos noctis, aërisque, & itineris incommoda non retardare, sed inuitare videantur.

Templum istud Sancti Remigij à renouato cultu est à fundamentis reædificatum eleëmofynis fidelis Populi. Insignis est structuræ, honestæque magnitudinis. In eo plura Altaria, sed in Summo est antiqua Statua Dolorosa B. Mariæ Consolatricis Afflictorum faberrima, miræque pulchritudinis, quæ aspicientes mouet objectiue ad pietatem, & peccatorum contritionem. In eo quotidie Sacra à summo manè ad meridiem vsque celebrantur.

Ad Diuam Virginem continuò accurritur, sed maximè diebus Dominicis & Festiuis à manè ad vesperum, & sæpè tam abundè, vt locus capere non possit. Successiue itur & reditur. Quilibet à Virgine Matre aliquid recipere desiderat, & sine dubio recipit.

De nocte, & ante auroram multi ad Templi portam confluunt Deiparam oraturi, & beneficium (vt confidunt) infallibiliter impetraturi. Sic enim illa testatur: *Beatus vir qui audit me, & vigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostij mei, qui me inuenerit inueniet vitam, & hauriet salutem à Domino.*

Quidni? siquidem nec facultas ei deesse poterit, nec voluntas, Regina cœlorum est, misericors
est,

est, Mater est Vnigeniti Filij Dei.

Sæpè Pœnitentium sacra Synaxi refici volentium tantus est numerus, vt vix octo Confessarij sufficerent. Fit ibi Concio, & Catechismus pro rudioribus Ciuitatis & vicinix.

Quotidie vesperi canuntur Litanix, aliaq; multa exercitia spiritualia peraguntur, ad quæ multi ex totâ viciniâ præcipitanter accurrunt, omnesq; gemebundi precantur, nos, nostraq; omnia, ô Maria, fidei, clientelæq; tuæ committimus? lubentes istud, hilaresq; facimus ô Maria, rogamusq; vt tuam apud nos præsentiam diuturnam, imò perennem esse velis.


O Maria Patrona nostra benignissima, omnes nos te dignos Clientes effice, teq; Clientibus, vt soles, verè Patronam exhibe.

*Mulier Virtutis,
Nostræ spes salutis,
Viam plana duram,
Vitam præsta puram,
Hostibus appone
Mortis in agone
Te Maria scutum,
Iter para tutum.*

Placuit is ardor Deo Optimo Maximo, eiusque
in terris Vicario Innocentio X. quem vt accenderet
C vtriusque

8
DIVA LEODIENSIS
vtriusque sexus peregrinis, ac Sodalibus sacra Com-
munionem refectis, qui in Festo Assumptionis Virgi-
nis sacrum illum locum visitauerint peccatorum
omnium remissionem liberaliter indulget.

Denique Priuilegio in perpetuum duraturo
Nuncius Apostolicus plures Indulgentias recitan-
tibus Litanias, aut quinquies *Pater*, & *Aue* ad fines
ordinarios coram Imagine Dolorosâ Deiparæ con-
cessit.



CAPVT III.

VICARII GENERALIS LEODIENSIS

*Domini Ioannis à Chokier Iuris vtriusque Doctoris
deliberatio de duobus Miraculis
Deiparæ.*

FAma duorum Miraculorum (quæ hoc enarra-
bo Capite) vt ad aures D. Vicarij Generalis
peruenit promisit daturum se operam, vt illa liqui-
dem à Patre luminum descenderint ad Virginis glo-
riam pluribus innotescant; priùs tamen se velle rem-
tantam paulò diligentius examinare : quare depu-
taturum se propediem Ioannem Houssart Nota-
rium, qui facta vsque aded mirabilia ab oculatis,
& fide dignis testibus sub iuramento inquirat. Ne-
que diu cunctatus est.

CONSOLATRIX AFFLICTORVM.

Hoc à Notario peracto Concilium suum aduocat, depositiones testium producit, quibus recitatis trepido quòdam gaudio, & admiratione, qui præsentes aderant, omnes percelluntur.

Ceterùm placuit accuratiùs examinari: quare depositiones illas mittit ad Theologos doctissimos, & Medicos expertissimos, qui rem attentius introspiciant. Lecti Viri omninò tredecim pietate iuxta, ac prudentia inclyti.

D. Libertus Fromondus S. Theol. Doctor, & Professor Scripturæ Sacræ, & Decanus S. Petri Louanij.

D. Iacobus Pontanus S. Theol. Doctor, & Professor Louanij.

D. Franciscus Pirouille Præses Seminarij Leodiensis, S. Theol. Professor.

D. Renerus Proenen S. Theol. Licent.

R. Pater Mathias Hauzeur S. Theol. Lector Iubilarij.

R. P. Carolus Soy Guardianus Recollectorum.

R. P. Bartholomæus d' Astroy S. Theologiæ Lector.

R. P. Ioannes Roberti S. Theol. Doctor, & quondam Professor Societatis IESV.

R. P. Ioannes Gaen } Societatis IESV.

R. P. Albertus Halque }

D. Michaël Ophemius Medicinæ Doctor, & Professor Louanij.

D. V. F. Plempius Medicinæ Doctor & Professor in
Academia Louaniensi.

D. Petrus Dorlix Doctor, & Professor Medicinæ in
Vniuersitate Louaniensi.

Quibus impensè commendatum vt accuratè dicta
expendant eaque super re iudicium suum D. Vica-
rio Generali referant.

Horum omnium vna fuit sententia nempe illa
Beneficia ope D. Virginis patrata esse verè Miracu-
la quoad modum, & pro talibus ad honorem Dei-
paræ publicanda. Quod factum est approbante,
& mandante etiam Reuerendissimo & Serenissimo
Archiepiscopo Coloniensi Ferdinando, Episcopo &
Principe Leodiensi, vt illa à primarijs Theologis
Vniuersitatis Coloniensis examinarentur. Qui om-
nes fuere eiusdem sententiæ.

Sequuntur illa duo Miracula.



MIRACVLVM PRIMVM.

ANno millesimo sexcentesimo quadragesimo
quinto, mense Februarij, Petrus à Castro æta-
tis sex annorum, filius Ioannis à Castro, & Ioannæ
Mombron origine Leodiensium, annos omninò
quinque tantam tibiæ impotentiam habuit, vt
nullo modo stare aut incedere posset, imò nulla in
tibijs

CONSOLATRIX AFFLICTORVM. 11

tibijs ossa apparebant, sed molles, & solùm carneæ, flaccidæque videbantur, ac in quamcumque partem flecti poterant.

Nec vnquam facultatem cum vsu pedum sine ope Virginis obtinisset, quam eum in modum impetrauit.

Parentes & Amici Beneficiorum quæ Diua Patrens operabatur famâ permoti nouemdialem comprehensionem vouère in Æde Remigiana apud Consolatricem Afflictorum. Petrum secum deferunt, preces & lachrymas fundunt successu felicissimo. Tibiæ paulatim consolidantur non sine admiratione vicinorum & Parentum. Parantur ei fulcra lignea ad incedendum, & post breue tempus Dei (sine dubio) motu inclamat se velle deferri ad S. Remigij Templum, se bacillos subalares coram Imagine Deiparæ relicturum. Dictum, factum. Iterum Parentes precantur: O Maria Consolatrix Afflictorum dulcissima, absolue Beneficium. Nec frustra, relictis fulcris stat firmiter, & coram omnibus ambulat, currit, redit domum, & subinde Miraculum Miraculum conclamant qui præsentés aderant: Virginem laudibus celebrant, Virginis Clienti sanitatem gratulantur.

C 3

MIRA



MIRACVLVM SECVNDVM.

Non multo post tempore Ioanna Ponsard septem annorum Filia Danielis Ponsard, & Margaritæ Bellaire Leodiensium, quinque annos cum medio tam magnam tibiaram habuit imbecillitatem, vt nullas habere videretur. Nec vlllo modo incedere poterat. Sed manibus miserum corpus super terram trahebat quæ sæpiùs ita lædebantur, vt omnium qui videbant compassionem excitaret.

Parentes ipsi fulcra parauere quibus incedere tentaret, sed tam difficulter imbecille corpus mouebat, vt omnes vicini, & amici ad lachrymas commouerentur.

Illius Auia persuasit Danieli vt Filiam suam ad Deiparam Sancti Remigij deferret. Acquieuit. Preces nouem dierum Parentes peragunt, repetuntque easdem. Ante imaginem prosternuntur, manus iungunt, plangunt pectora, puellam idem vt faciat inuitant.

O bona Virgo S. Remigij (inquiunt) fer opem, nos tuo obsequio consecrabimus, & ô fiducia in Dei Matrem Virginem vim admirandam! vltimo precationis nouemdialis die reliquit Diuæ sua fulcra, currit per Templum, redit domum, & incolu-

mis

mis conspicitur; circumstantibus admiratione, gaudioque obstupescantibus.


Alij etiam plurimi impotentes tibiarum, & brachiorum imbecillitate laborantes ope Virginis ad-
juti fuere.

Non potuit horum Miraculorum fama Leo-
diensis Ciuitatis finibus coarctari, longè lateque
exiguo admodum tempore peruagata est.

Hinc quasi dato classico ex multis Oppidis, Pa-
gisque cateruatim accurrerunt valentes, & imbe-
cilles.

CAPVT





CAPVT IV.

Sequuntur Fauores seu Beneficia, quæ fide digni se
 Beatæ Mariæ Virginis ope credunt obtinuiffe,
 Notario fideliter relata.

RELIGIOSA MAXIMA NERVORVM
*Contractione affecta auxilium Virginis
 perſenſit.*

NVllis terminis circumſcribitur Mariæ benefi-
 centia: eam itidem experta eſt Anno Milleſi-
 mo ſexcentefimo, quadreſimo tertio in Nouem-
 bri Religioſa Soror Margarita Iardon dicta Petri,
 Conuentus S. Sepulchri Parœciæ S. Huberti Leo-
 dij, quod à Medicorum arte non potuit, à Virginis
 bonitate ac clementiâ in morbo grauiffimo auxi-
 lium inuenit.

Ea paſſa eſt à pluribus annis mirabilem contra-
 ctionem neruorum cum impotentia brachiorum
 tiliarumque, ac doloribus ingentibus, non ſine
 tamen bonis aliquibus interuallis.

Cui Medici cùm nullam opem ſua arte adferre
 poſſent ſuaſerunt vt ad termas Aquigranenſes ſe
 conferret, vbi videbatur aliquoſiter recuperaffe ſa-
 nitatem,

CONSOLATRIX AFFLICTORVM.

75

nitatem, sed post aliquod tempus re incidit in eundem morbum, & grauiorem. Medici consuluntur, sed frustra. Testantur medicinis se nullum adferre posse solatium, sed potius detrimentum si adhibeantur.

Eundem iterum Aquisgranum ad aquas dicunt. Quò se vertat Soror Margarita? indecens est inquit, Sanctimonialem, quæ vouit clausuram suo Monasterio exire. Nec spem habet recuperandæ sanitatis, cum morbus sit vehementior. Tristatur, ingemiscit.


Tandem Venerabilis D. ac M. Ignatij Bonfrere Confessarij Monasterij, & Reuerendæ Priorissæ Margaritæ Broeckem consilio ad Virginem Consolatricem Afflictorum confugit, promittit coronam, Nouemdialem comprecationem instituit.

Confessarius in Æde Remigiana nouies Sacris operatur. Moniales omnes pro Sorore misera ad Mariam in clamant, ô benignissima Mater, per omnes tuos dolores, quos in vita & morte Filij pertulisti, ser opem miseræ. Tuum honorem procurabimus. Nec in casum fusæ preces, paulatim vires illi accedunt, & vltimo Nouemdiij die firma euasit. Ne quis verò de rei huius veritate ambigat prædicta Margarita Iardon, Venerabilis D. ac M. Ignatius Bonfrere, Margarita Broeckem Priorissa, publicum testimonium dederunt coram Mathia

D

Dalcken

Dalcken Notario 17. Nouembris 1643. præsentibus Venerabili Domino Guilhelmo de Bouuignifstier Presbytero, S. Theol. Baccalaureo, & Domino Roland du Chasteau de Slyns.



CAPVT V.

COECVS A BEATA VIRGINE

adjuuatur.

MAthæus Ioannes Mathy Parœciæ de Fleron propè Leodium, post longa quatuor annorum molestæ cœcitatæ tœdia, suaues tandem patientiæ fructus decerpfit.

Is causâ sanitatis recuperandæ omnia sua consumpserat. Recipitur pauper ad Zenodochium Bauaricum exstructum à Serenissimo Principe Ernesto Gloriosæ Memoræ, vtriusque Bauariæ Duce, Episcopo & Principe Leodiensi. Vbi octo mensibus hæsit. Chirurghi, Medici omnibus modis tentarunt dare sanitatem, sed in vanum. Æstate sequenti suasu Mariæ Vxoris ad Beatam Mariam Consolatricem Afflictorum deducitur, vt si ita expedit lumen exoret. Vbi fiduciæ plenus Nouendium inchoat, preces & lachrimas fundit felici successu. Paulatim humoribus deperditis visus redit.

Nouen-


Nouendum iterat, iterumque preces fundit, breues quidem, sed quæ Cælos penetrent. Ecce enim oranti vsus oculorum perfectior redditur. O clamores, ô gaudia ! adstantes manus sustulerunt, neque vox vlla iam frequentior longè lateque quàm ô Maria, ô Maria ! exauditur.

Apud Ioannem Houffart Notarium id testatum est à prædictis Mathæo Ioanne Mathy, & Maria Vxore 23. Februarij 1645. præsentibus testibus Venerabili Viro Guilhelmo Pontiani Sacellano Sancti Pauli, & Cornelio Canisio.

D 2

CAPVT





CAPVT VI.

MALEFICIATA A B. VIRGINE

opem impetrat.

PLVRES A VIRGINE VIRGINVM

MARIA *in naufragio maris**adiuuantur.*

Parem in dispari morbo Beatæ Virginis opem recepit Religiosa Soror Catharina Ordinis S. Dominici in Asceterio Glanensi propè Leodium, Filia Honorabilis Viri Ioannis de Rieu Ciuis Leodiensis, quæ maleficio miserrimè affecta ad Deiparam ducitur. Vbi illa, & Pater non sine spe opem implorant.

Spes alit agricolas, piscatores & egenos.

O admirabilem Deiparæ clementiam. Maleficium & virus euomuit, & Parentibus, amicisque lætitiæ Consolatrix Afflictorum contulit. Id testatum est coram Notario Ioanne Houffart à prædicto Ioanne de Rieu cum Sorore Catharina à Sancto Dominico, & Margarita Filiabus, ac Ancilla Domitella 30. Martij 1647. præsentibus testibus notis D. Francisco van Erp Iuriconsulto, & Maria Canisius.

Omne

Omne genus auxilij in omni miseriarum genere Misericordiæ Mater ostendit, Patrem, Filiumque testes dabo.

Anno supra millesimum sexcentimum quadragesimo septimo, Honorabilis Vir Michaël Magoteaux Mercator Leodiensis, Capitaneus quondam sub Cæsarea Majestate, Filio Alexandro Comite soluerat ex Portugalliâ Nannetum Britannix nauigaturus, ad quem plures se adjunxere.

Ab vltima Aprilis vsque ad secundam Maij mirabili fuit iactatus tempestate. Irruebant interim fluctus, & confertim omnia complebant.

Superior pars nauis scissa, ventorumque impetu vltcrius lata in scopulos ferri timebatur, tanto horrore, vt Cœlum, terra, maria omnia ruere, atque inter se misceri viderentur.

Nauarchus non meminit se talem iactationem à viginti annis vidisse. Inclamat actum esse de vita. Hinc quærelæ, ejulatusque & clamores orti sunt singulis pro se de vita, & salute sollicitis.

Quò se vertant miseri? ad Deum Beatamque Annam. Michaël & Alexander lachrymabundi ad Deiparam Consolatricem Afflictorum se conuertunt. O! bona Virgo Ædis Sancti Remigij (inquiunt) fer opem, vitam nostram obsequio tuo consecrabimus; vouentque curaturos se in reditu, vt illius honorandæ gratiâ incruentum Missæ Sa-

crificium nouies celebretur. Insuper inquit tabellam, seu picturam Beneficij à bonitate tua præstiti dabimus; &, ô! fiducia in Dei Matrem vim admirandam. Adest Beata Parens cum Sancta Anna Michaëli vt ipsi visum, Diua Virgo spem illius erigit, auxiliumque promittit: & ecce sani, & incolumes nauis in medio scissâ ad continentem appulere.

Michaël post actas Virgini debitas grates voti liber in Templo Sancti Remigij æternum appendit tanti Beneficij monumentum.

Apud Ioannem Houffart Notarium prædicti Michaël & Alexander illud testati sunt 14. Iunii 1647. præsentibus testibus notis Domino Francisco van Erp Iurisperito, & Ioanne Wynand dicto Fisson.

CAPVT



CAPVT VII.

Sequuntur Fauores, seu Beneficia, quæ fide digni se Virginis ope credunt obtinuisse D. Pastori ab eisdem vel Parentibus fideliter relata.

*FILIAE IN GRAVI IGNOTOQUE
morbo B. Virgo succurrit.*

*PUELLA IN MORTIS PERICULO
auxilium Deiparæ persensit.*

Effulsit eadem Mariæ Virginis prompta miseratione in Leodiensi Anna Ludouica nouem annorum Filia D. Capitanei Ioannis Sprimont; quam grauis admodum ac periculosus morbus diu diuexabat, & morti, vt visum, proximam reddebat.

Frustrâ tentatis, adhibitisque remedijs, quæ humana suggerebat industria, tandem ad Deiparam Templi Remigiani commune solatium Afflictorum Mater eius conuertitur. Peregrinam se illi uouet, promittit singulis septimanis candelam. Et ecce Beata Virgo illi succurrit.

Quid mirum si Maria, quæ vitæ Auctorem peperit, vitam mortalibus conseruet? quàm immensa sit eius in Clientes Charitas, quanta cura, quanta sollicitudo, illustre documentum accipe.

Anno millesimo sexcentesimo quadragesimo sexto, Maria quædam vnum, & viginti annos nata, bajula cùm Ædis Remigianæ reædificandæ lapides ferret negligentia latomorum ad quos onusta ascenderat, cecidit inter lapides, & actum putabatur de vita, nisi venisset illi in mentem auxilium Virginis implorare; ô Maria, inquires, tuos illos oculos misericordiæ plenos ad me miseram humanæ opis inopem conuerte. Valuit apud Misericordiæ Matrem ea deprecatio, illæsa euasit, & salutata Virgine, actisq;ue gratijs post aliquot horas (illam enim magnus torpor inuaserat) iterum lapides tulit.

Quod vidi cum multis qui aderant attoniti istius Beneficij nouitate; ô gaudia! ô mistæ præsentium gratulationibus Deo, Deiparæque gratiarum actiones.

Similem opem Anno millesimo sexcentesimo quadragesimo octauo, Honesta Domicella Soror D. Aduocati de Wez, à Virgine clementissima recepit.




CAPVT VIII.

QVIDAM MANVVM PEDVMQVE VSV
*destitutus, vtrumque Leodij à Virgine se
 credit obtinuisse.*

Diuæ Virgoin Parœcia Sanctæ Veronæ in subur-
 bio Leodiensi Fauoris, potentiaque suæ ra-
 dios lucere voluit. Ibi Ciuis erat perhonestus,
 qui officio Matricularij fungebatur, eoque fami-
 liam sustentabat, verùm conatibus eius, pro dolor!
 remora magna injecta est: talis enim siue debilitas,
 siue stupor longo tempore manus, pedesque ita
 ligauerat, vt neque hos ad ambulandum, neque
 illas ad operandum posset mouere.

Consolatricis Afflictorum, Fauorumque eius
 fama totam Patriam peruaferat, excitauit illa Ciuis
 istius animum, vt à Diua opem aliquam auderet
 sperare. Inuocat ergò illam, preces multiplicat.
 Leodium spei plenus aduehitur, ad Virginis Ædem
 adducitur, ad orandum quantum per infirmitatem
 licet componitur. Et ecce firmior ille redditur,
 & incedit.



CAPVT IX.


IN MORBO (QUEM VOCANT GALLICVM)
Beata Parens Mulieri subuenit.

Non omittendus singularis Beatæ Mariæ Virgini-
 nis in fœminam coniugatam pudicissimam
 fauor. A Marito adulterijs, & impudicitijs dedito,
 morbum gallicum contraxerat, & acuto doloris
 sensu pungebatur.

Nescio quo dictante bono genio recordatur
 Virginis: & ô! inquebat, si detur Deiparam Con-
 solatricem adire, Ædis eius Sacra Limina contin-
 gere, Imaginem illam Dolorosam contueri! ausim
 ego mihi ab illo infami morbo liberationem pol-
 liceri.

Ita illa ad Auxilium Afflictorum anhelabat:
 hæc autem frequens erat eius Oratio. O Domina
 Sancti Remigij succurre mihi miseræ: haud surdæ
 Virgini fusa precatio, breuis quidem, sed fiduciæ
 plena: ad Deiparam cum languore paulatim venit,
 vbi salutata Virgine, ita vigorem recepit, vt sana,
 prout credit, domum redierit, & in gratiarum
 actionem Diuæ torquem obtulit.

CAPVT



CAPVT X.

DEBILI PEDIBVS STANDI FIR-
 miter, & *incedendi facultas à Dina Virgine*
concessa creditur.


IUVENIS AB HERNIA SE
liberatum ope Virginis credit.

QVis neget simul cum morte morbos omnes,
 cladesque Mariæ subesse imperio? Ioannes
 Filius Fossarij Parochiæ Sanctæ Catharinæ Leodij,
 annum agens ætatis decimum, maximam habebat
 tibiarum imbecillitatem, nec vnquam sine fulcris
 inceserat.

Pater Fauorum in Æde Remigiana famâ per-
 motus, ad Beatam Virginem se conferre cum Filio
 promittit. Et cum differret Pater, sæpè monetur à
 Filio vt Votum acceleret. Venit tandem, & cum
 Missam in Sanctissimo Mariæ Templo celebrari
 curasset, ibique nouem dies precum peregisset, Vir-
 gineum pectus ita vel lachrymarum imbribus
 emolliuit, vel Orationum iaculis oppugnauit, vt
 ab ea non nisi voti compos recederet. Iacobum al-
 terum dices Angelo, quocum luctabatur, auda-

eter denunciantem, non dimittam te nisi benedixeris mihi : & verò bona Mater benedixit ei in eodem loco, auxiliumque puero dedit, atque relictis ad Imaginem fulcris domum firmior rediuit, Diuæque sanitatis Reparatrici quantas potuit gratias retulit.

Eodem tempore, Virgo potentissima Iuueni octodecim annorum apud RR. Patres Societatis IESV humanorum studio in molesta iuxta ac difficili Hernia succurrit.



CAPVT XI.

PVELLA MORBO CADVCO LABORANS,
& Muta Beatæ Mariæ Virginis
auxilium sensit.

NOBILIS MAGNUM
Beneficium impetrat.


EN simile, dissimili in infirmitate inuocatae Virginis subsidium.

Maria. Noën Filia Gerardi Noën & Mariæ du Pont Ciuium Mafekensium, ab vtero Matris morbi caduci (qui septies de die recurrebat) violentiâ
linguae

linguæ vsum amiserat. O miseram ! cui ne miseræ quidem suæ remedium liceat agnoscere, nedum implorare. Illam miserta Mater nesciam quorsum Leodium adducit, Deiparæ Imaginem ostendit: ante Imaginem prosternitur, manus iungit, tundit pectus, animam cum Anna Samuelis in conspectu Domini effundit; idem vt Filia faciat inuitat: nec frustra: salutare consilium. Tenuit ea precatio nouem diebus circiter horæ spatium, cùm ecce Diua Parens illi succurrît, & linguæ vsum recipit, honori Virginis postmodùm impensura. O gaudia ! ô læti clamores ! ô oscula ! Pater, Mater, Amici Diuæ (vti decuit) grates agunt, animique gratitudinem muneribus attestantur.

Eodem Anno, Generosus Baro de Berlo, Dominus Temporalis in Chokier, maximum Beneficium à Dei Matre in Domina Coniuge sua recepit.

Ad Beatam Virginem equum cui Domina infidebat misit, & vt vouerat, ex equi pretio, magna candela cærea coram Imagine ponenda confecta est ad perpetuam rei memoriam.




CAPVT XII.

CVIDAM PARTVRIENTI

Dina Virgo subuenit.

ANno millesimo sexcentesimo quadragesimo octauo, Elizabetha leFebure Leodiensis Fœmina coniugata, tribus diebus, ac noctibus continenter cum summis partus doloribus luctabatur: nec eniti poterat; licet naturæ à Parentibus & amicis: artis verò à Medicis, & Chirurgis diligenter vndique remedia conquirerentur; ergò quotquot aderant cum inquilinis auxiliatrices fœminæ plenæ desperationis ad ploratum magis quàm ad subsidium ferendum se conuertunt. Elizabetha ad Consolatricem Afflictorum se conuertit, fer opem (inquit) Virgo clementissima, Domina mea Virgo Sancti Remigij, obsecro te, fer opem. Illicò adiuuatur, prolesque sana baptizatur.

CAPVT



CAPVT XIII.


MVLIER GRAVITER AFFLICTA

inuatur à Virgine.

NArrandum modò quod Diuinæ Benignitatis, Nac potentia thesauros Mariæ apertos ostendit. Mariæ du Pont perhonestæ Fœminæ mammilla ita intumuerat (non sine magnâ tristitiâ vicinorum & amicorum) vt actum de vita putaretur. Aduocantur, aduolant Chirurgi, exerunt illi quidquid ars, quidquid ingenium, quidquid diligentia suggerit, frustra : maius malum est, quàm, vt humanâ industriâ tolli queat. Medici fatentur propalam de vitâ conclamatum. Aliò ergo ipsa, & Parentes spes suas conuertunt. Diuam Sancti Remigij inuocant, perpetuò eius obsequio si conualescat se manciant. Precibus, votoque annuit Beata Virgo, & illi subuenit omnibus vicinis obstupescensibus.

Parem opem à Deipara experta est Domicella quædam in morbo vehementi, & inueterato.

CAPVT



CAPVT XIV.

QVÆDAM IN PVTEVM CADENS

auxilium Mariæ Matris

recepit.

Non minor lætitiæ seges Puellæ cuidam Paro-
chiæ Sancti Adalberti ob Consolatricis Affli-
ctorum auxilium.

Illam in puteum cuius os à multis annis erat ob-
turatum incidit. Inclamat opem Virginis, nec in
vanum. Vicini ad casum murmur attoniti accur-
runt, putant mortuam, sed viam extrahunt. Fa-
tetur se Virginis ope in viuis seruatum.

Omnes Deiparæ peregrinationem spondent.

CAPVT



CAPVT

CAPVT XV.

MONIALIS DIABOLICIS ILLVSIO-

*nibus vexata Beneficium à Virgine
recipit.*

QVÆDAM HVMORIBVS MELANCOLI-

*cia ad desperationem vsque obruta, Beneficium
à Virgine impetrat.*


Non omittam singularem Fauorem Beatæ Vir-
ginis in alicuius Monasterij Leodiensis Mo-
nialem.

Tertium iam annum vehementibus illusioni-
bus Diabolicis vexabatur. Multa remedia spiri-
tualia susceperat. Quotidie ferè cum dolore confi-
tebatur, vt solatium referret; sed frustra.

Recurrit ad Beatam Virginem Consolatricem
Afflictorum; ô Maria, inquit, tuos illos oculos
Misericordiæ, ad me miseram, & inopem conuerte.

Valuit apud Deiparam ea precatio, & opem ob-
tinuit. Moniales Conforores, in gratiarum actio-
nem Virgini munus è floribus confectum misere.

Dispari morbo non dissimilis medicina in salutari Diuæ Sancti Remigij Officinâ à Deuotissima quadam inuenta est, quæ ad desperationem vsque humoribus melancolicis obruebatur. Ad Templum Sancti Remigij deducta est, vbi fiduciæ plena Mariæ implorat auxilium, peregrinorum Cathalogo additur, & pristinam sanitatem (vt credit) recuperauit. Facile nimirum apud Deiparam subitò cohonestare pauperem.



CAPVT XVI.

NOBILI DOMICELLÆ IN

fulminis periculo succurrit.

NVlla tam desperata infelicitas, cui Mariæ pietas constanter inuocata non succurrat.

Anno millesimo sexcentesimo quadragesimo nono, primâ mensis Iulij, in Pago d'Esneux, totâ nocte, ac manè tantum tonitru cum fulmine continuo excitabatur, vt omnibus res inaudita videretur, & omnes vehementer pertimescerent. Hæc causa timoris. Currus plurimi puluere bellico onusti pro Exercitu Regis Hispaniarum ibi hærebant, si fulmine tacti fuissent, actum erat de Pago & Castro.

Nobilis

Nobilis Domicella Eua Maria, Filia Domini Comitis d'Esneux, cùm manè respiceret è fenestra, & inquireret an currus illi abiissent.


Ecce subitò ingens tonitru fit. Fulmen cum cuneo intrat per fenestram cubiculum. Per illud voluitur, vim suam exerit in vicinum parietem. Interim illa in terram dejicitur. In illo periculo inuocat Mariam, bona (inquit) Virgo succurre miseræ.

Non in cassum fusæ preces. Præseruatur (vt credit) ope Virginis parte crinium, & vestium solum combustâ.

Die sequenti visitationi Deiparæ Sacrà Leodium venit ad Templum Sancti Remigij grates actura.

Coronam argenteam in gratiarum actionem obtulit.





CAPVT XVII.

SVRDVS ADIVVATVR.

FOEMINÆ PARTVRIENTI,

subuenit.

PLurima ante hæc in medium proferre potuifsem Beneficia, nisi turpis ingratitude eorum, qui ea recepere posteritati inuidiffet.


Iuuenis Guilhelmus Daime Leodius, fuerat à pluribus annis vtriusque auris vfu impeditus, ad Consolatricem Afflictorum cùm peregrinatum veniffet, & Miffam quæ musicè canebatur piè, & religiofè audiret, ita Virgineum pectus flexit, vt aurium vfum receperit.

Sparfo rumore gratiffimo Beneficiorum quæ Virginis interuentu patrabantur, aufa est Maria Vincentè Sancti Seruatij Parœciâ leuamen aliquod fibi polliceri.

Laborabat autem in partu; & multis diebus infelicem nixum continuabat.

Insuper colicâ vehementi afficiebatur, ad Deiparam confugit. Illam fuis, & amicorum precibus enixè rogat, vt fibi adeffe velit. Puerum Mater incolumem enititur familiâ effusè geffiente.

CAPVT



CAPVT XVIII.

HONESTA IOANNA MASSET

*in doloribus tibiæ Virginis opem
recepit.*

ALIA IN PARTV

adjuvatur.

Non longa posita temporis intercapedine subsequutum est aliud Beneficium.

Perhonestâ Ioanna Masset, duobus annis dolorem, sed eum acutum in tibiâ perfererat. Inde claudicare, ac ne sic quidem moliri se absque graui molestiâ quibat.

Medicinis in vanum vsa, implorat auxilium Beatæ Virginis in Æde Remigianâ, Nouendiales preces facit, clamat se Beneficio Deiparæ valere, & gratijs actis, partem auream pro reedificatione Templi lætanter obtulit.

Euenta bona apud Margaritam fuere (quæ Nicolao Raquet Cui Leodiensi nupta) Parœciæ Sancti Foilliani vltra Mosam; cui in partu impeditæ mors, vt putabatur appropinquabat, ni-

DIVA LEODIENSIS
 si Beatissima Virgo tempori adfuisset.

Et quidem post emissum aliquod votum, atque omnibus Fœminis (quæ aderant) Mariam Virginem inuocantibus secundas rupit, foetumque emisit.

Actum de vitâ infantis putabatur. Itur ad vota precesque. Interim obstetrix tenerum corpus linteis calidis calefacit, & post mediam horam infans bene habitus, validusque, & ipsa Mater incolumis euasere.

His talibus Beneficijs excitati Transmosani, iam inter huiusmodi pericula passim Consolatricis Afflictorum opem implorant.

CAPVT



CAPVT XIX.

PVELLAM BRACHIUM VEHEMENTI

*defluxione affectum habentem adjuuat**Beata Parens.*

ALIA INSOLENTI MELANCOLIA

*vexata, Beneficium à Deipara**recipit.*


LEodij honesta Puella erat Ioanna d'Engis, hæc brachium vehementi defluxione obsessum vsque eò perdolebat, vt nullum neque in sanguinis deductione, neque alijs cceptis leuamentum caperet.

Quin potiùs ingrauescere identidem dolor visus, & necessariam corpori quietem recusare.

Illa ad Ædem Remigianam se confert, promptè in genua se submittit, Virginis auxilium imporat, cum dolor vt maximè sæuiebat, is omnis discessit. Admirantur familiares cum brachio prodire iam valido.

Aliam

Aliam ingens, insolensque melancolia inuaserat, Ioanna Meda dicebatur. Iamque omnem agræ quietem inuidebat. Suggestunt Amici, ut ad Deiparam Sancti Remigij recurrat. Septem Sacra ad honorem Septem Dolorum promittit. Quo facto melancolia, & dolores cœpere omnes elanguescere.



CAPVT XX.

FOILLIANA VAES IN IMPEDIMENTO VISUS ADIUVATUR.


MARGARITA PATRENTE IN PARTU BENEFICIUM à VIRGINE RECIPIT.

VT scias, mi Lector, Beatam Virginem in omnes etiam alienigenas liberalem hoc accipe. Foilliana, cognomento Vaes Chymacensis, Comitatus Hannoniæ, quatuor mensibus oculis sensim ambobus defluentibus mœrebat, ac dextro prius, mox, & sinistro impeditis, quid porro ageret nesciebat. Placuit Consolatricem Afflictorum inuocare, Nouendum instituire. Opportunum Fœminæ consilium. Nam eo facto arcentur paulatim tenebræ, & oculis dies redditur.

Malmun-

Malmandarium Oppidum est non ignobile Co-
loniensis Archi-Episcopatus. Vbi Anno millesimo
sexcentesimo quinquagesimo, Margaritā Patrente
partus difficultas per multos dies attinuit, nec longè
ab interitu (vt visum) iam aberat.

Magna quippe corporis debilitas, animique
crebra defectio. Mariam inuocat. Ad Ædem Vir-
ginis se ituram, perpetuamque clientem se fore pro-
mittit, puerum incolumem enititur; seque omni
molestiâ defunctam comperit.




CAPVT XXI.

PUELLAM AB IMPURO HOMINE

Beata Parens liberat.

NEquè verò corpora solùm medicata est Deipa-
ra, sed multorum quoque curas, arumnaque
temperauit; eaque sæpè pericula depulit, quæ ad
animorum cladem pertinuissent. Exemplo Puella
fuit, cui quidam impurus vim inferre volebat, & ita
infestus erat vt de virginitate periclitaretur. Quid
agat misera? Aduocat Mariam Virginem. O bona
Mater (inquit) adiuua, nec me desere. Et ecce im-
purus ille vires amittit, & aufugit.



CAPVT XXII.

PLVRES A BEATA


Virgine adjuuantur.

Ioannæ d'elle Fosse propemodùm vt putabatur dies funestus fuerat. Quæ Leodij Medicorum ingenijs fatigatis plures menses actum egerat, iam-que acerbissimis doloribus intumescente mam-millâ natura mederi nequibat.

Igitur salubriori consilio iussit humanam opem valere, seque ad Consolatricis Afflictorum preces recepit, & ecce sibi valere se illa persensit.

Eadem euenta apud alteram fuere, quæ voca-batur Barbara d'elle Naye, & apud alteram cui Ia-cobæ nomen erat. Quibus ambabus in partu im-peditis mors, vt visum propinquabat. Ipsæ incla-mant opem Virginis; & non frustra: incolumes, & infantes benè habiti, validique euasere.

Sexcentæ possent referri, quæ idem Beneficium à Diua Virgine impetrauere.



CAPVT XXIII.

LVMINE RATIONIS PRIVATAM,

*vt videbatur, sanam euasisse ope Virginis
Parentes credunt.*

IOANNA DELLE HERS IN


tibiarum doloribus adjuuatur.

Quid possint apud Deiparam Parentum preces,
ac vota pro liberorum incolumitate, mul-
tis hæctenùs argumentis vidimus.

Anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo,
Anna Rayr Filia Maximiliani Rayr Fabri lignarij,
è Sanctæ Veronæ Parœciâ propè Leodium, post tri-
mestres capitis turbas, huc miseriarum est redacta,
vt lumen rationis amisisse videretur. Laborabant
Medici certatim atque Chirurghi: sed omnis eos ars
deficiebat. Parentes citò eam deferri iubent ad
Ædem Virginis, preces, gemitusque iterant, quibus
flexa Misericordiæ Mater Filix tulit auxilium.

In Parochia Sancti Remacli vltra Pontem, Ioan-
na Filia Ioannis d'elle Hers, ab humore tibiarum,
genuum & articulorum exuberante grauitè agro-

tabat, iamque licet frustra medicinis vsa longo tempore acerbis doloribus exercebatur. Illa quoque, vt in Matris Dei tutelam concessit, nullum ab eo diemali vestigium persensit.



CAPVT XXIV.

REVERENDVS QVIDAM PASTOR

à fulmine (vt credit) præseruatur.

NON omittam singularem Fauorem Beatæ Mariæ Virginis in Reuerendum Pastorem Pagi de Reth propè Salms Archi-Episcopatus Colonienfis.

Anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo primo, tonitru crepitus maximi erant cum fulmine frequenti. Is in fulminis periculo subitò inclamauit, fer opem Virgo Clementissima Domina mea Consolatrix Afflictorum S. Remigij, obsecro te fer opem. Hanc precatiunculam tanquam iaculum è cordis pharetrâ Leodium vsque demisit. Beatæ Virginis auxilium statim adfuit. Pars vestis ipsius ad carnem vsque tantùm arsit, & incolumis euasit.

Tertia mensis Maij Leodium venit ad Ædem Remigianam, vbi Sacrum in gratiarum actionem celebrauit. Fauorem istum à Deipara receptum cum tantâ lætitiâ omnibus enarrabat, vt durissimos quosque ad deuotionem emolliret.

CAPVT XXV.

AMENS ÆSTIMATA

Beneficium consequitur.

Illud quod S. Bonauentura dixit : *Nihil nos Deus habere voluit, quod per Mariæ manus non transfret* : Verum fuit in Ioanna Filia Erardi Bichem Parœciæ Sanctæ Magdalenæ, quæ priuata sensibus (vt videbatur) in amentiam inciderat. In eo morbo ægram omnis Medicorum ars, operaque deseruerant. Sed Parentes ad Beatam Virginem Sancti Remigij confugiunt, opem ipsius implorant. Sensus ad illam rediere, & consecuta sanitas. O gaudia ! ô Maria, Maria inclamant omnes, Beatæque Virgini quantas possunt gratias referunt.

G 3

CAPVT



CAPVT XXVI.

PLVRES A DEIPARA MAXIMA
Beneficia receperunt.

Tædio sim legentibus si prolixa narratione ea
prosequar quæ argumenti similitudine propè
paria videntur.

Ea igitur breuiter in conspectum dabo.

Anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo
tertio, Perhonestus Iuuenis Adrianus Sauueur, Ne-
pos R. D. Martini Sauueur Pastoris S. Ioannis Bap-
tistæ, qui molestâ ac difficili herniâ laborabat, &
ideò inhabilis ad Religionem ad quam totis votis
aspirabat. Ad Parœciam Sancti Remigij se confert.
Vbi fiduciæ plenus Diuæ opem implorat, Peregrin-
orum Cathalogo additur, & cum Deiparam pre-
catur ferramenta cecidere, pristinam sanitatem (ut
credit) recuperauit. In memoriam illa ferramen-
ta Imagini appendit.

Anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo
quarto, Nonnam Mariam Sanctimoniam in Af-
ceterio de Viuegnis propè Leodium Filiam D. Fran-
cisci Haling Scabini Supremæ Iustitiæ Leodiensis,
morbus

morbis incurabilis inuaserat, & eò perdolebat, vt à Medicis nullum leuamentum caperet.

De consensu Superiorum Templum Remigianum adit. Beatam Mariam Virginem inclamat, tundit pectus, fundit preces, & Beneficium recipit.

Anno sequenti Beneficij præstiti Dominus Scabinus Pater Sacrum musicè in gratiarum actionem in Templo S. Remigij cantari curauit.

Eaque fama liquidò per consciam Ciuitatem increbuit.

Meritò igitur omnes amabunt te, ô Maria Consolatrix Afflictorum Mater dulcissima!

Hisce Beneficijs, & Fauoribus, vt dixi superiùs, plura decuplò addi potuissent, nisi ingratitude eorum qui illa recepere, perijsfent.

Rogo te pia Consolatrix Fidelium, vt eis parcas, & mihi Seruulo tuo indigno tua Miracula, Fauores & Auxilia, non vt par est describenti.

*O Maria Flos Virginum,
Velut Rosa vel Liliu,
Funde Preces ad Filium
Pro salute Fidelium.*



AD B. MARIÆ
CONSOLATRICIS
AFFLICTORVM

CVLTORES

ADHORTATIO.

AGite ô pij in Afflictorum Consolatricis cultu;
Constans erit, & illa in vestri tutelâ, & præsi-
dio. Vtar ad vos verbis pientissimi Viri.

Orationes nostræ languidæ sunt, timidæ, incertæ,
repentes, & multis imperfectionibus obnoxia.
Ideoque obsecranda est Maria Mater IESV, & Mater
nostra, vt eas eleuare dignetur, & suis Orationibus
ad Filium pro nobis suis coniungere.

Ipsa nouit quid nobis conducatur, & idipsum op-
tat procurare, vt pia, & prouida Mater, si & modò
ad eam pio, & filiali affectu accesserimus. Idè ergo
ei dicimus *ora pro nobis Deum.*

Ipsa est altera Esther, quæ est parata, & ad reg-
num

gnum euecta, vt ad virgam auream clementiæ accedat, & pro Populo sibi deuoto intercedat. Ipsa est altera Bersabée, cui filius Thronum à dextris constituit, eam honorans nihil ei negat. Captiuis carceres aperiantur modò, & compedes dissoluuntur, vinctis, & reis crimina condonantur. Obsequiosis seruis munera decernuntur, & gnauiter decertantibus trophæa, lauri, vestes candidæ, palmæ statuuntur. Denique vincentibus lignum vitæ, corona vitæ, mamma absconditum, sessio in Throno promittuntur.

Ergo Consolatrix Afflictorum dulcissima, ora pro nobis Deum, apud Regem Filium tuum intercede, vt simus participes victoriæ eius, nouæque resurrectionis & vitæ, ac tandem præmij & coronæ.

Hoc enim potes impetrare, quia Mater es Victoris Sathanæ, Triumphatoris totius Mundi, ac Inferni & Mortis.

Ora pro *Serenissimo Principe nostro Maximiliano Henrico, & vniuerso eius Populo*; pro Regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt, vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate, & castitate; & vt velociter Deus pacis conterat Sathanam sub pedibus eorum.

Ora pro infirmis & afflictis, quia tu nominaris Salus infirmorum. Pro agonizantibus ora, qui in extrema ægitudine tibi vel ore vel corde inclamant, nosque pro ipsis: Maria Mater gratiæ, Mater

Misericordiæ, Tu nos ab hoste protege, & in hora mortis suscipe.

Ora pro omnibus Christianis, tibi enim clamamus, ô *Auxilium Christianorum*, pro omnibus flagellis auertendis Filium exora, pro omni gratia impetranda, quia per te illa fluit in omnia Ecclesiæ membra.

Sic fac, vt lætitiæ tuæ participes simus, hîc per bonam conscientiam in terris, ac tandem per æternam gloriam in Cælis.

*A te Augustissima Regina, quam sine fructu nullus implo-
rat, etiam atque etiam reuerenter peto, vt hoc qualecumque ob-
seruantie erga te meæ testimonium ratum habere velis. Non
sum ego Ephrem (fateor) vt cum illo dicere audeam : Dignare
me laudare te Virgo Sacrata. Nec sum Damascenus,
vt novos Hymnos dignitati tuæ spondeam : nec Ildephonsus, vt
ob suscepta pro te certamina proprio munere cohonestet. Satis
præmij retulero, si me albo tuorum, non dicam amicorum, aut
filiorum, sed clientulorum, & seruorum saltem adscribi patia-
ris.*

FIAT, FIAT.

CAN.



CANTICVM SPIRITVALE
AD HONOREM
BEATISSIMÆ MARIÆ
VIRGINIS
CONSOLATRICES AFFLICTORVM

*Leodij in Sancti Remigij Templo
celebris.*

DEi Mater inuocetur,
Leodici celebrentur
Mariæ præconia.
Angelorum Imperatrix,
Afflictorum Consolatrix
Habita sub Symbolo.
In hoc Templo Sanctitatis
Fulget Arca Deitatis
Mariæ virtutibus.
In hoc Templo veritatis
IESVS ardens est beatis,
Sol in Matris brachijs.
Locus miræ claritatis,
In quo lucet conturbatis
IESVS Sol iustitiæ.

In hoc

DIVA LEODIENSIS

In hoc Templo Sanctitatis

IESVS micat tribulatis

Sol misericordiae.

Est hoc clarum Templum Pacis,

In quo splendet efficacia

Stella plena gratiae.

Templum Summæ Bonitatis,

In quo Dator Charitatis

IESVS claret radijs.

O Vrbs felix Leodîna

Per vtrumque consecrata

Templum, aram Virginis.

Te deprecamur, ô pia,

Leodîci sis Patrona

Maria primaria.

Nunc à peste, famè, bello

Et malæ mortis flagello

Libera nos Domina.

In arduis sis leuamen,

In tristibus sis solamen,

Cunctis iuuamen. Amen.

FINIS.



*Reverendi admodum, & Per-Illustris Domini D. Vicarij
Generalis Leodiensis Processus quoad duo Miracula
approbata supra mentionata, cum Testimonijs
Theologorum, & Medicorum.*

IN NOMINE DOMINI. AMEN.

Anno millesimo sexcentesimo quadragesimo quinto Mensis Maij die 25. coram me Notario publico, & testibus infra denominatis, personaliter constitutus honestus Vir Daniel Ponsard Cuius Leodiensis, Tornatorix artis, annum agens trigesimum quartum, aut circiter, cum eo Claudia Mater vidua quondam Theodori Ponsard. Vbi iisdem constituti proprio motu, & meliori forma, ac modo quibus fieri potest, & desiderantes ad maiorem Dei Gloriam, & Beatissimæ Mariæ Virginis Honorem manifestare favorem & beneficium receptum à Deo ope eiusdem Beatæ Mariæ Virginis honoratæ in Ecclesia Parochiali S. Remigij Leodij sub titulo CONSOLATRICES AFFLICTORVM. Quod sequitur declararunt præstito per eos solemni iuramento.

Primò dicunt & declarant quòd cum placuisset Domino Deo dicto Danieli, & Margaritæ Belaire

cuius Coniugi dare filiam nomine Ioannam, quæ modò posset attingisse ætatem septem annorum, aut circiter, dicta Ioanna illorum filia à natiuitate vsque ad quinquennium non potuerit vllò modo vti tibijs, ac si non habuisset, se volutando suprâ tergum, & se trahendo manibus per terram, ita vt in ista ætate quinque annorum prædictus Daniel, & Parentes curauerunt ipsi fieri fulcra ad incedendum, quod faciebat maximâ cum difficultate. Interim ab aliquot septimanis Auia dictæ filiæ dixit Danieli visum sibi bonum esse si precum Nouemdium in Ecclesia S. Remigij ad honorem Beatæ Virginis perageretur, & quòd sperabat intercessione Beatæ Mariæ Virginis Ioannam recuperaturam sanitatem, & vires ad incedendum. Quod gratum fuit Danieli. Itaque inceperunt Preces nouem dierum octaua dicti Mensis, ducentes secum Ioannam, quæ vota sua, & orationes ad Beatam Mariam Virginem misit. Finitis dictis Precibus, inceptum est aliud Nouemdium, quod crastina die perficietur cum tali successu (Deo & Beatæ Mariæ Virgini sint laudes) vt dicta filia reliquerit sua fulcra in Ecclesia S. Remigij dicens se posse domum redire sine illis, quod gratia Dei fecit, & perfectè sine illis ambulat, & incedit.

Desiderarunt à me Notario sibi fieri super præmissis actum, vel instrumentum publicum, vt il-
lud

CONSOLATRIX AFFLICTORVM. 53

lud beneficium ab illis receptum intercessione
 Beatæ Mariæ Virginis in S. Remigio honoratæ sub
 titulo CONSOLATRICES AFFLICTORVM
 fiat omnibus manifestum. Actum, declaratum,
 stipulatum Leodij in domo Cornelij Canisius sub
 Parochiâ S. Remigij, præsentibus illic Francisco
 van Erp Aduocato, dicto Cornelio Canisius, &
 Henrico Fallaz testibus fide dignis requisitis, &
 rogatis. Sic signatum, Franciscus van Erp, Cor-
 nelius Canisius, Henricus Fallaz testes.

IOANNES HOVSSART, *Venera-
 bilis Curia Leodiensis Notarius, ad
 præmissa specialiter rogatus.*

ADmodùm Reuerendo Domino meo, Domi-
 no Ioanni à Chokier, Serenissimi Episcopi
 Leodiensis Vicario Generali, debita reuerentia &
 obedientia, in mandatis loco salutis. Nouerit Do-
 minatio Vestra admodùm Reuerenda, me infra-
 scriptum Notarium in vim Commissionis vestræ
 infrascriptæ examinasse testes infrascriptos sub cu-
 ratione nonnullarum personarum ope Beatissimæ
 Virginis Mariæ in Parochiali Ecclesia S. Remigij
 Leodij curatarum, quorum quidem testium no-
 mina, cognomina, dictaque, & depositiones infe-
 riùs describuntur. Et primò

Sequitur Commissio.

IOannes à Chokier Vicarius Generalis Leodiensis, committimus Ioanni Houffart Notario, vt inquirat & examinet à fide dignis testibus super curatione nonnullarum personarum quæ dicuntur miraculosè curatæ ope Beatissimæ Mariæ Virginis in Parochiali Ecclesiâ S. Remigij Leodij. Datum Anno Domini 1645. Mensis Iunij die decima nona.

*Sequuntur Nomina, Cognomina, & Depositiones
testium vnde præfertur.*

TEstes per me Notarium subscriptum virtute Commissionis mihi datæ ab admodùm Reuerendo D. Vicario Generali Leodiensi examinati de, & super beneficio seu fauore à Daniele Ponsard Ciue Leodiensi recepto in sanitate Ioannæ eius filix obtenta intercessione Beatæ Mariæ Virginis honoratæ in Sancto Remigio Leodij sub titulo CONSOLATRICIS AFFLICTORVM.

Ioannes Vreuninck artis Cultorix, Ciuis Leodiensis, ætatem agens triginta trium, aut circiter annorum, præstito per ipsum iuramento solemniter de dicenda veritate, deposuit, & attestatus est in domo sua sita in platea Tornatorum hac 23.
Mensis

CONSOLATRIX AFFLICTORVM. 55

Mensis Iunij anno millesimo sexcentesimo quadagesimo quinto, vt sequitur. Dicit & declarat se perfectè cognouisse Danielem Ponsard, & Margaritam Belaire Coniuges, simul Ioannam Ponsard eorum filiam à sex annis, aut circiter, quibus dictus Daniel cum Coniuge & filia in parte domus deponentis habitauerunt, certificans, & deponens se vidisse toto eo tempore dictam Ioannam filiam non potuisse villo modo vti tibijs suis, ac si non habuisset, miserum suum corpus trahentem super terram manibus, quæ sæpiùs lædebantur, vt vidit dictus deponens, saluo quòd à duobus annis vel circiter vsa sit fulcris, quibus difficillimè incedebat. Tandem peracta deuotione, seu Nouemdio à Parentibus dictæ Filix in Ecclesia S. Remigij coram Imagine Beatæ Virginis illuc honoratæ sub titulo CONSOLATRICES AFFLICTORVM ab aliquot septimanis miratus est cùm vidit dictam Filiam ab Ecclesia S. Remigij receptâ integrâ sanitate redire, & perfectè ambulare, sicut ab eo tempore perfectissimè, & continenter ambulauit, & cucurrit per plateas cum alijs eius ætatis, & vicinix, cum admiratione vicinorum, iudicans dictus deponens tam subitam sanitatem non posse accidere nisi per speciale Miraculum, cui cùm omnia prædicta lecta essent, deponens iterùm affirmavit.

Margarita, Vxor testis præcedentis, agens vigesimum quartum annum, aut circiter, præstito per ipsam iuramento solemnî in eodem loco, anno, mense, die, & hora, dicit, & deponit idem per omnia cum suo Marito.

Gertrudis Bayard, Relicta quondam Euerardi Briffoz, suo tempore Venerabilis Curia Leodiensis Procuratoris, agens quadragesimum tertium annum, aut circiter, habitans à duobus annis in domo præcedentium testium, præstito per ipsam iuramento solemnî dicit se à quinque annis perfectè nouisse dictam Filiam Ioannam, & attestatur idem quod suprâ, examinata in eodem loco, anno, mense, die quibus testes suprâ, & lecturâ factâ iterum affirmavit.

Margarita Briffoz, filia præcedentis agens vigesimum annum, & habitans in eadem domo apud Matrem, præstito solemnî iuramento depoluit idem quod Mater, ac attestata est.

Quo peracto, ibidem comparuerunt Daniel Ponsard, & Claudia eius Mater, Pater, & Auia respectiuè dictæ Filia Ioannæ, qui reiterauerunt declarationem, & attestationem factam coram me, & testibus denominatis die 25. Maij anni currentis.

IOANNES HOVSART, *Venerabilis
Curia Leodiensis Notarius, ad auditionem
testium prædictorum deputatus.*

CVrationem præfatam secundum substantiam facti spectatam existimo non superare vires naturæ, spectatis tamen modo & circumstantijs quibus in casu proposito accidisse narratur, videtur mihi veriùs quòd non per naturam, sed miraculosè facta sit. Ita sentio saluo meliori iudicio.

IACOBVS PONTANVS, *Sacrae Theologiae Doctor, & Professor Louanij.*

Mltos morbos qui humana ope fortassè sanari poterant, vt Socrus Simonis febres, *Luc. 4.* miraculosè tamen sanauit Christus, sufficit ergò ad Miraculum, vt modus sanandi sit miraculosus, qualem huius Puellæ, saluo meliori, fuisse existimo.

L. FRÈMONDVS, *Sacrae Theologiae Doctor, & Sacrarum Litterarum Regius Professor Louanij.*



IN NOMINE DOMINI. AMEN.
 Anno millesimo sexcentesimo quadragésimo quinto, Mensis Februarij vigésima tertia, horâ nonâ matutinâ aut circiter, coram me Notario, & testibus infrâ denominatis, personaliter constitutus
 Honestus

Honestus Vir Ioannes du Chasteau Bombicinæ artis, Ciuis Leodiensis, habitans sub Parochia Sancti Martini Leodij, agens 31. annum aut circiter, & Catharina Walbeur Ancilla dicti Ioannis, ætatis sexaginta annorum aut circiter, qui proprio motu in meliori forma, & modo vt potuerunt, per ipsos iuramento solemni præstito fecerunt, declararunt, & attestati sunt id quod sequitur. Primò cum placuisset Domino Deo dicto Ioanni dare Filium nomine Petrum, modò agentem sextum annum aut circiter: dictus Petrus fuit immobilis, & impotens in tibijs vsque ad annum quintum, ita vt nullo modo se posset mouere nec stare non magis quàm linteum madidum. Tandem dictus Ioannes cum Ioanna Mombron Vxore statuit ab vno anno aut circiter, persoluere Nouemdiem precum in Ecclesia Parochiali S. Remigij Leodij coram Imagine dolorosa Beatissimæ Mariæ Virginis (vbi summoperè honoratur) quod prædicti diligentissimè fecerunt deprecantes Beatissimam Mariam Virginem, vt dignaretur per intercessionem suam dare sanitatem filio ad ambulandum si ita placeret Domino Deo. Inceptis in initio precibus animaduertenterunt tibijs dicti Petri paulatim consolidari, ita vt curauerint ipsi fieri bacillos subalares ad incedendum, & viderunt tibijs paulatim magis solidari (non sine admiratione vicinorum) & maxime

CONSOLATRIX AFFLICTORVM. 59

ximè in Ecclesia S. Remigij ad quam quotidie Petrum Catharina supradicta ducebat.

Transactis octo diebus, Petrus inclamat Parentibus, & Domesticis, se velle deferri ad S. Remigij Templum, se fulcra coram Imagine Deiparæ relicturum. Quod factum. Prædicti Parentes, & Ancilla statuerunt iterum facere precum Nouemdiuum coram Imagine Deiparæ, quod persolutum erit die Martis proximo, & curarunt (successu certè felicissimo) appendi fulcra ab vtraque parte Imaginis, ita vt modò dictus Petrus ambulet sine fulcris per intercessionem Beatissimæ Mariæ Virginis, & sperant dictum Petrum recuperaturum perfectam sanitatem quandoquidem quotidie tibiæ fortiùs consolidentur. Præsentantes dicti coram me constituti Declarationem prædictam reiterare vbi opus erit, & petierunt à me Notario sibi fieri vnum, aut plura instrumenta sæpèdictorum vt Beneficium illud per ipsos receptum ope B. Mariæ Virginis sit notum, & manifestum. Actum, declaratum, attestatum Leodij in domo Cornelij Canisius sitâ in Parochia S. Remigij, præsentibus testibus dicto Cornelio Canisius, Francisco van Erp Aduocato, Engleberto Pollain, Margarita Walbin, & Maria mea Vxore. Sic signatum, Ioannes du Chasteau, Franciscus van Erp.

IOANNES HOVSSART, *Venerabilis Curie Leodienfis Notarius, ad præmissa specialiter rogatus*

Testes per me Notarium subscriptum vi Commissionis mihi datæ ab admodum Reuerendo Domino D. Vicario Generali Leodiensi examinati de, & super Beneficio, seu Favore à Ioanne du Chasteau Ciue Leodiensi recepto in sanitate Petri eius Filij obtentâ ope Beatissimæ Mariæ Virginis honoratæ in Ecclesia S. Remigij Leodij sub titulo CONSOLATRICIS AFFLICTORVM.

Honestus Vir Stephanus Iacob Ciuis Leodiensis, æris Fusor, ætatis 32. aut circiter annorum, habitans sub Parochia S. Martini in Insula, testis iuramento præstito examinatus domi meæ 29. Iunij 1645. Deponit se nouisse Petrum Filium Ioannis du Chasteau vicini agentem modò vt putat septimum ætatis annum aut circiter, qui Petrus à natiuitate totaliter fuit impotens in tibijs, quibus nullo modo se poterat iuuare, ac si non habuisset, volutando tergum per terram vsque ad annum quintum ætatis, aut circiter, quo tempore Parentes eius curarunt ipsi fieri fulcra quibus difficulter incedebat. Tandem à quatuor mensibus Precibus nouem dierum peractis in Ecclesiâ S. Remigij coram Imagine Dolorosa sub titulo CONSOLATRICIS AFFLICTORVM, dictus Petrus vsum tiliarum obtinuit, & sanitatem, relictis

CONSOLATRIX AFFLICTORVM. 61

lictis fulcris in dicta Ecclesia incedens, & ambulans modò sine difficultate, vt deponens vidit, & videt quotidie, certificans se audiuisse ab Vxore sua, quòd ipsa esset in dictâ Ecclesiâ, quando prædictus Petrus reliquit sua fulcra, & sine illis domum rediuit.

Anna Bertrand Celebs, agens sexagesimum annum, habitans in platea Griseorum Sororum examinata vt præcedens, deponit se optimè nouisse Petrum Filium Ioannis du Chasteau, quia quotidie cum Parentibus dicti Filij conuersatur, & pro illis in bombice laborat, & dicit se vidisse dictum Petrum vsque ad ætatem quinque annorum non potuisse vilo modo vti tibijs, ac si non habuisset, & videbatur quòd in tibijs nulla essent ossa, ac in quamcumque partem flecti poterant, & scire Parentes dicti Petri fecisse Preces Nouemdiales pro obtinenda sanitate coram Imagine Beatissimæ Mariæ Virginis honoratæ in Ecclesia S. Remigij sub titulo CONSOLATRICES AFFLICTORVM; ita vt eo tempore senserit tibias fortificari, & de post Parentes ipsi fulcra dedisse, quibus aliquantulum incedebat. Tandem post tres aut quatuor menses, eadem dicit dictum Petrum Precibus nouem dierum peractis in S. Remigio coram Imagine B. Mariæ Virginis, quibus deponens sæpius interfuit,

reliquisse fulcra in dicta Ecclesia, & domum sine illis rediuisse, & modò perambulare optimè.

Ida Randaxhe Vidua Petri du Chasteau agens 66. annum & vltra, habitans domi Ioannis du Chasteau eius filij, sub Parochia S. Martini, iuramento præstito examinata in domo dicti Ioannis 30. Iunij 1645. deponit conformiter.

Venerabilis D. Petrus du Chasteau Sacerdos Capellanus Ecclesiæ Collegiatæ S. Bartholomæi Leodij agens quadragesimum sextum annum ætatis, aut circiter, examinatus domi meæ 5. Iulij 1645. vti Patruus dicti Pueri declarat & deponit in omnibus conformiter ad attestationem sui fratris Ioannis du Chasteau Patris dicti Pueri, dicens quòd Nouemdio precum peracto fuerit requisitus vt celebraret nono die in Ecclesia S. Remigij, quod fecit.

Quibus testibus, vt supra examinatis, personaliter constitutus Ioannes du Chasteau Pater Pueri, & cum illo Catharina Walbeur Ancilla, reiterarunt attestationem per eisdem factam coram me Notario, & testibus ibi denominatis 23. Februarij anni 1645.

IOANNES HOVSSART, *Venerabilis Curie Leodionsis Notarius, ad examen, & auditionem testium prædictorum specialiter deputatus.*

TESTI-

TESTIMONIA THEOLOGORVM.

CVrationem præfatam secundùm substantiam facti spectatam existimo non superare vires naturæ, spectatis tamen modo & circumstantijs quibus in casu proposito accidisse narratur, videtur mihi veriùs quòd non per naturam, sed miraculosè facta sit. Ita sentio saluo meliori iudicio.

IACOBVS PONTANVS, *Sacrae Theologiae Doctor, & Professor Louanij.*

AN morbus aliquis sit naturaliter curabilis sæpè difficilè est dicere, cùm hoc pendeat ex scientia causarum morbificarum quæ nos latent, modus tamen quo hic Puer curatus & sanatus est videtur miraculosus, & intercessione Virginis Gloriosæ impetratus, cùm remedia humana adhibita non sint, nec vlla apparentia sit interuenisse operam Dæmonis. Ita saluo meliori sentio.

L. FROMONDVS, *Sacrae Theologiae Doctor, & Sacrarum Litterarum Regius Professor Louanij.*

QVæ duo dicuntur patrata miraculâ ope Divæ Virginis Mariæ ad eius Imaginem quæ colitur in Ecclesia Parochiali S. Remigij, partim Februario mense, partim Maio huius Anni 1645. facilè adducor vt credam esse vera miracula, sed non iudico pro talibus publicari debere, donec idonei testes probent morbum aut symptoma, ejusque qualitates, durationem, incurabilitatem, & postmodùm curam & curæ modum. Ita salvo meliori iudicio.

IOANNES ROBERTI Societatis IESV,
Sacra Theologia Doctor, & quondam Professor,

Idem sentio.

IOANNES GAEN.

Idem quoque sentio.

ALBERTVS DE HASQVE,
ex eadem Societate IESV.

SAnatio ista ita exposita sanè quàm admirabilis est, cogniti ambo & Puer & Puella toto infantia suæ quinquennio aut circiter, cruribus pedibusque languidis cum omnimodâ impotentia ad motum progressiuum, demùm ad preces Parentum coram
Imagine

CONSOLATRIX AFFLICTORVM. 65

Imagine Deiparæ Gloriosæ in Parochiali S. Remigij illicò senserunt sibi nonnihil roboris aduenisse, mox iteratis precibus ita augentur viribus, vt etiam relictis fulcris incedere potuerint, & etiam nùm commodè possint.

Quis hoc tam repentinum Beneficium Mariæ non tribuat, nefas sit aliud suspicari quàm extraordinario Dei influxu id accidisse, meritis quidem Sacratissimæ Virginis, quam iam inde ab ipsis Ecclesiæ primordijs miraculorum prærogatiuâ & dignitate speciosiore præ cunctis Deus efficere voluit, vt non modò spiritualium bonorum omnium fontem eam esse agnoscerent, sed & temporalium malorum fugatricem impensius implorarent. Ita saluo meliori sentio, hac 18. Nouembris 1646.

M. PROENEN, S. T. L.

Videntur nobis præfata curationes miraculosæ in modo propter subitum ac inexpertum gressum seu regressum puerorum ab Ecclesia & cultu Beatæ Virginis ad domos paternas absque vllò vsu consueto fulcrorum, cùm natura tribuat quidem vires standi ac progrediendi non tamen subitum illum motum progressiuum ante præuium vsu ac experientiam. Datum in Conuentu

DIVA LEODIENSIS
 uentu nostro Leodiensi Fratrum Minorum Re-
 collectorum, hac 27. Nouembris 1645.

MATHIAS HAVZEVR, *S. Theologiae Lector
 Iubilatus.*

Frater CAROLVS DE SOY, *Guardianus.*

Frater BARTHOLOMÆVS D'ASTROY,
S. Theologiae Scholasticae Lector.

Vlſis ac maturè expenſis testimonijs, ſeu depo-
 ſitionibus ad me miſſis, primò ſuper tantâ
 impotentiâ progreſſiuâ & ineptitudine ad progref-
 ſionem tibiarum ac plantarum pedum pueri Petri
 filij Ioannis du Chasteau & puellæ Ioannæ filiæ
 Danielis Ponſard modò ſeptennium vel circiter,
 idque per quinquennium primæ ætatis vtriuſque
 deinde ſuper conſolidatione ſeu fortificatione ti-
 biarum & plantarum pedum vtriuſque, necnon
 ſuper exercitio motus progreſſiui ſubſecutiſ (prou-
 t in dictis testimonijs continetur) priùs quidem cum
 fulcris ac modò ſine fulcris idque cauſis naturali-
 bus ſeu medicinalibus minimè applicatiſ (cuius
 etiam in viſitatione & conferentiâ Medicorum
 oculares habui inſpectiones) ſed initio cœpto mox
 ad parentum inſtitutam & (progrefſu in melius
 ſuccedente) ad continuatam & reïteratam eorum-
 dem deuotionem erga Beatam Virginem coram
Imagine eius Doloroſa in Parochiali S. Remigij
Leodij

CONSOLATRIX AFFLICTORVM. 167

Leodij sub titulo CONSOLATRICES
 AFFLICTORVM. Non possum non dare
 Deo gloriam & magnificentiam cum Magis Phā-
 raonis exclamando, *Hic digitus est Dei!* vel cum
 Psalte, *Hæc mutatio dexteræ excelsi!* quæ proinde inter
 miras & stupendas, & quoad modum quo sunt
 supernaturales operationes Sacratissimæ Virginis
 meritis ac intercessione, virtute Crucis filij sui ob-
 tentas reponenda est, sine cuius aliàs ope virtus
 seminis formatiua seu configuratiua membrorum
 iam per quinquennium integrum torpida ac otiosa
 quoad organa motus progressiui (siue maleficio
 fuerit impedita, siue nimia humoris copiâ tibiærum
 ac plantarum id euenerit, vel etiam diuinitus sus-
 pensa fuerit ad gloriam Dei & Virginis Matris suo
 tempore manifestandam) non videtur tantillo
 tempore tam firmum gressum operari potuisse;
 ideoque beneficium hoc tam repentinum à priore
 vtriusque statu elongatum censeo Virgini Matri
 adscribendum: vt quæ ceu perennis miraculorum
 fons ceu (vt Damascenus) miraculorum officina
 & abissus per omnes Ecclesiæ ætates à Christi Do-
 mini aduentu vsque nunc ab eis patrandis non ces-
 sarit, nec huc vsque cesset, vt annales vniuersales
 & historiæ particulares passim attestantur. Adèd
 vt omnium miraculorum quæ quomodocumque
 facta sunt aut fiunt effectricem illam dicat Andreas.

Cretenfis. Et hinc est quòd si quæ Virginis Dei-
paræ Imago vel sentibus obsita vel eluione aliqua
humi defixa, seu aliàs humili seu obscuro loco sita
digno cultu ac veneratione aliquamdiu destitua-
tur, sæpè miraculorum multitudine ac splendore
in oculis omnium maiore virorum ac mulierum
celebritate mox restituatur vt puto cui (ipsa teste)
præ alijs sanctis fecit magna qui potens est, &
proinde in actionem gratiarum ambo Deo meritò
dicere possunt illud Psalmi, *Virga tua & baculus tuus
ipsa me consolata sunt*, Baculus nempe Crucis Christi
& Virga, hoc est Beata Virgo CONSOLATRIX
AFFLICTORVM quæ est Virga de radice
Iesse. *Hier. 11.* cuius olim typus fuit Virga Moysis
per quam tum ad educendum populum Dei ex
Ægypto, tum ad inducendum in terram promif-
sionis tot stupenda miracula perpetrata, vt Petrus
Damianus, Bernardus Senensis & Antonius. Hinc
de illa Sponsus Cant. *1.* *Equitatus meo in curribus Pha-
raonis assimulaui te amica mea.* Equitatus enim Dei qui
Pharaonem expugnauit eiusque currus subuertit
(vt Honorius & Rupertus) fuit Virga Moysis quæ
primò in colubrum versa Magorum Virgam de-
uorauit, deinde aquas fluminis feriens eas vertit in
sanguinem, alijsque plagis Pharaonem & Ægyp-
tios affecit; nouissimè autem vt Dei populus ex
illa seruitute in libertatem omninò duceretur,

mare

CONSOLATRIX AFFLICTORVM. 69

mate rubrum peruium reddidit Populo Dei, cuius aquis refluentibus submersus est Pharao cum curribus & equitibus eius. Ad eundem modum Virga hæc de radice Iesse in liberatione illa qua (vt D. Leo serm. 8. de Passione) non ex dominatione Pharaonis vnus populus sed ex diaboli captiuitate mundus seruatur, ea omnia signa spiritualiter peregit, cunctas hæreses sola in vniuerso mundo interemit, Diaboli vires fregit, suaque ope ac patrocinio velut mystica Moysis Virgâ expeditur via populo Dei dum vnda maris rubri hoc è mundi huius peccatorum sanguinibus cruenti percutitur ac diuiditur, vt Dei populus per hoc desertum ad terram promissionis intraturus sicco vestigio pertransire possit. Hac Virga percussa, petra hoc est lapideum & obstinatum peccatoris pectus aquas lacrymarum vbertim emittit. Hanc Virgam in bello contra Amalecitas tenens Moyses in manu sua, cum leuaret manus suas vincebat Israël, sin autem paululum demisisset superabat Amalec; quia in nostra pugna cum Dæmone leuantes in oratione ad Deum manus & Virginis patrocinium apud Deum implorantes gloriosè vincimus, & afflictionum nostrarum solatia reportamus. Quibus attentis cum miracula noua vti nec leuiter sunt probanda, nè pro veris falsa in Ecclesia Dei obtrudantur (ad quod præcauendum Concil. Trid.

less. 25. sancit nulla esse admittenda noua mira-
 cula, nisi eadem recognoscente & approbante
 Episcopo) ita nec leuiter sunt reprobanda, sed me-
 diâ potiùs viâ, in genere hoc credulitatis miracu-
 lorum incedendum censeo, vt Canis. lib. 2. de Dei-
 para. c. 15. est inquit media tenenda via in Maria-
 nis miraculis admittendis & confirmandis, neque
 nimis faciles neque rursus plus æquo difficiles ac
 morosi esse velimus; etsi enim omnia quæ in hoc
 genere leguntur eiusdem non sint ponderis & au-
 thoritatis, tamen quia charitas omnis est suspicax
 & temerè aliena iudicare prohibet Dominus, sapi-
 dique cibi ob vitium palati pro insipidis non nun-
 quam habentur & demùm paucorum est sacris de
 rebus solidè dijudicare, minùs in eo quidem erit
 periculi si à bonis probabiliter narrata & à doctis
 non reiecta, quæ ad piorum ædificationem faciunt
 recipiantur, quam si eadem fastidioso & conten-
 tioso peruicacitatis animo repudientur. Hinc do-
 ctissimus Lipsius miracula Beatæ Virginis Siche-
 mienfis narraturus, decet inquit ea scribere sed &
 iuuat. An non iuuat vbi tam palam fructus & tam
 magnus est? & fructus quidem non vnus ille. Pri-
 mò quòd miracula communiter religionem in
 animis excitant & Deum credere, Deum colere
 suadent & inducunt. Quis est tam alienus à pie-
 tate, qui rem euentumque à natura, à ratione
disso.

CONSOLATRIX AFFLICTORVM. 71

diffonum videns non moueatur animo & intimis præcordijs & veluti ictu quodam admirationis percuti se fateatur? Itaque clausos aut coniuuentes aperit oculos, ad alta tollit, & lumen aliquod in his cognoscit cui vni causam deligat, inde ad venerationem componitur & ad fidem disponitur. Atque hic est primus & communis fructus miraculorum, alter magis distinctus, quòd ad veram religionem ducunt, siue potiùs trahunt. Fit enim diuina benignitate & arcanâ prouidentiâ vt vera miracula nusquam & nunquam nisi in vera fide & à fidelibus patrentur. Cui accedens Aug. *de vilitate credendi cap. 11.* culmen ait authoritatis obtinuisse Ecclesiam, hæreticis miraculorum maiestate damnatis.

Per quæ & Catholici adeò in fide firmantur, vt meritò dicere possint cum Richardo de Sancto Victore *lib. 10. de Trinitate capite secundo*, Domine si error est, à te decepti sumus: nam ista in nobis tantis signis & prodigijs confirmata, & talibus, quæ non nisi per te fieri possunt.

Vnicum in nuperâ conferentiâ Medicinæ Doctores opponebant quòd perfecta non videretur curatio, Dei autem perfecta sunt opera, vt est Deut. 32. v. 4. Respondeo Deum subindè statim & perfectè sanare, vt Marci 7. surdum & mutum cuius statim apertas fuisse aures dicitur, & loque-

retur

retur rectè. Item Actor. 3. Petro agente, claudum cuius ibi bases & plantæ dicuntur protinùs consolidatæ, & ipse exiliens stetit & ambulasse. Subinde tamen sensim & paulatim sanat uti cæcum Marc. 8. v. 23. qui primo Christi tactu non clarè vidit: vnde à Christo interrogatus quid videret, *Video*, inquit, *homines velut arbores ambulantes*, corpora quidem humana ex motu, figuratum agnoscens, sed nondum valens discernere vlla membrorum lineamenta, quibus homines ab arboribus discernuntur. Imperfectè igitur & obscurè se videre indicat, & aliquando vidisse clariùs, ut qui sciret quæ inter homines & arbores esset differentia, adeoquæ quòd non esset à natiuitate cæcus. Hoc autem non impotentia est sed diuinæ voluntatis, ut ostenderet se non ad vnum sanandi modum adstrictum esse, ut subitò totam sanitatem conferret omnibus, sed pro libitu suo nunc hoc, nunc isto modo operari siue sensim siue repenti.

Causa autem hic videtur fuisse imperfectio fidei cæci istius (nec enim ipse pro illuminatione Dominum rogasse legitur, sed alij pro ipso) quasi ipso facto Christus ei tacitè diceret, fiat tibi secundum fidem tuam, ut Victor Antiochen. notat. Partim ut cæcus paulatim eius operationem sentiens paulatim etiam in maiorem fidem & desiderium ac admirationem cresceret, & crescendo

totam

CONSOLATRIX AFFLICTORVM. 73

totam sanitatem tandem obtineret, postquam teste Marco ibidem, iterum imposuit manus super oculos eius, & cœpit videre, & restitutus est ita vt clarè videret omnia.

Similiter in proposito casu successiuè fit curatio vt continuetur & crescat deuotio erga Deiparam tam parentum quàm afflictorum, quo facto confidendum cum Apostolo teste ad Philip. 1. quia qui cœpit in eis opus bonum, perficiet. Ita censeo saluo semper iudicio meliori.

F. PIROVLE, *Seminarij Leodij Præses,*
S. Theol. Licent. & Professor.

TESTIMONIVM MEDICORVM.

Quamuis in pueris crurum laxitas & flacciditas vtpotè ab immoderata proueniens humiditate per ætatem adultiorem quàm membra atque articuli neruique siccantur & roborantur, paulatim curetur, velut experientia nos docet & insinuat. Hipp. Aphor. 28. sec. 3. Tamen quia hæc sanatio paucis diebus ac quasi subitò facta est, ideò extraordinario modo factam censemus. Datum Louanij die 17. Ianuarij 1646.

MICHAEL OPHEMIVS, *Medic. Doct. & Prof.*

V. F. PLEMPIVS, *Medicina Doct. & Prof.*

PETRVS DORLIX, *Medicina Doct. & Prof.*

NOS testamur quòd pro parte D. Pastoris S. Remigij huius Ciuitatis Leodiensis fuerint Nobis relata duo Miracula superiùs mentionata, & Nobis supplicatum quatenùs curaremus illa examinari, & si vera essent approbaremus, & imprimi permitteremus.

Nos igitur pro debito Officij Nostri visa relatione, ex Commissione Nostrà, Notarij fide digni, & visis depositionibus Parentum dictorum puerorum, pluriumque testium, ac iudicio plurium Theologorum, & Medicorum de, & supra qualitate curationum, visisque omnibus alijs necessarijs approbauimus dicta Miracula, & approbamus vt vera & certa, permittimusque vt publicentur ad Dei Matrisque Mariæ gloriam, & ad confirmationem fidelium, ac reductionem errantium. Datum in Ædibus nostris 24. Ianuarij, 1646.

IOANNES A CHOKIER,

Vicarius Generalis Leodiensis,

SVPRÀ



SVP RADICTA DVO MIRACVLA

Fuerunt iterum examinata à Doctoribus
Theologis Vniuersitatis Coloniensis Au-
ctoritate Serenissimi & Reuerendissimi
Episcopi & Principis FERDINANDI,
Ducis Bauariæ, &c.

FERDINANDVS, *Dei Gratia Archiepiscopus
Coloniensis, & Princeps Elector, Episcopus, &
Princeps Leodiensis, Vtriusque Bauariæ Dux.*

Venerabilis, Fidelis, deuotè Nobis Dilecte.
Informationes quas Nobis transmisti circa
Miracula ope Beatissimæ Virginis apud S. Remi-
giū Leodij patrata, typisq̄ue euulgata, vnà cum Lit-
teris tuis rectè accepimus. Quandoquidem autem
vt tibi notum est Suffraganeus Noster circa hoc
negotium non leuem scrupulum per rationes, &
testimonia adducta mouebat. Nos quidquid ab
vtroque Vestrum in hoc negotio scriptum erat,
quibusdam primæ notæ Theologis Coloniensibus
communicauimus, eorumq̄ue sententiam hisce
annexam Vobis in eum finem transmittendam
duximus vt hoc negotium, sine strepitu, & amicè

ad evitanda scandala, & oblocutiones inter dictum
 Suffraganeum, & te componatur, sopiatur, &
 quasi obliuioni tradatur, nec dubitamus quin
 huic nostro placito, & voluntati te sis accommo-
 daturus hisce te valere iubentes. Datum in Ciui-
 tate nostra Bonnensi die 30. Aprilis anno 1646.
 Sic Signatum Ferdinandus, & inferius Theod. Vaes.
 Superscriptio talis erat, Venerabili deuotè Nobis
 Dilecto Ioanni à Chokier, Nostro in Spiritualibus
 Generali Vicario Leodiensi.

*Concordat praesens Copia cum suo Originali, quod
 estor, Andreas Bertho Notarius Apostolicus,
 & Immatriculatus Sua Celsitudinis Leod. in
 Concilio Privato,*

A D

A D C A S V M
D E
D V O B V S M I R A C V L I S P R Æ D I C T I S
C O N T R O V E R S I S .

R E S P O N S V M P R I M V M .

Duplicem ob finem vulgari possunt Miracula.
1. Ad probandum aliquem articulum Fidei
Catholicæ, vel ad aliquem Sanctum canonizan-
dum. 2. Ad excitandam aut fouendam erga Deum
vel Sanctos pietatem, & gratitudinem in fidelibus.
Neutrum ob finem temerè publicanda Miracula.
Ad priorem enim requiritur, vt omninò constet
non solùm de veritate facti, quòd verbi gratia
hæc persona opem diuinam, siue immediatè, siue
per aliquem Sanctorum implorans à tali morbo,
vel defectu fuerit liberata, sed etiam quod bene-
ficium hoc fuerit formaliter Miraculum, sic vel in
substantia, vt Theologi loquuntur, vel in modo
vires naturæ excedat, alioquin seruire nequit pro
diuino testimonio, cui innixi veritati occultæ fir-
miter assentiri possimus.

Ad alterum requiritur finem, id solùm ex iure
naturæ, vt facti veritas moraliter certa sit, & pru-
denter

denter præsumatur Miraculum. Neque enim sola certitudo, sed prudens etiam opinio potest pietatem, ac deuotionem dirigere. Ex iure autem positio seruandum, quod præscribitur à Tridentino *sess. 25. de Inuocatione & Veneratione Sanctorum*, vt scilicet nulla admittantur Miracula nisi recognoscente, & approbante Episcopo, qui simul atque de ijs aliquid compertum habuerit, adhibitis in consilium Theologis, & alijs pijs Viris, ea faciat quæ veritati, & pietati consentanea iudicauerit.

Cum itaque Dominus Vicarius per approbationem istorum Miraculorum nec voluerit, nec potuerit Fidem Catholicam probare, vel Sanctum canonizare, sed solummodò deuotionem & pietatem in populo fideli promouere, non opus habuit certitudine illa maiori ad priorem finem, sed minori tantum ad alterum. Hanc autem videtur legitime affecutus. Quæ enim ad illam necessaria sunt ex iure naturæ complectitur Tridentinum supra citatum. Omnia porro à Tridentino præscripta seruabit Dominus Vicarius, imò ex maiori diligentia quædam addidit.

De veritate facti per iuratos & legitimos testes certiores se reddidit, & super qualitate Miraculi Theologos, eosque doctissimos, aliosque pios Viros in consilium adhibuit.

Insuper, & Medicorum valde expertorum
senten-

sententiam explorauit. Statuit denique quod veritati, & pietati consentaneum censuit.

Nec refert quod D. Vicarius vt ab Aduersario obijcitur non omnes testes examinauerit hoc vel illo meliori modo. Id namque ad solam illam maiorem certitudinem in ordine ad finem priore loco relatum fieri debet, non ad minorem, quæ sufficit ad alterum.

Non item refert quod dicatur D. Vicarium id fecisse incòsulto Suffraganeo, quem tamen ex Literis Serenissimi Principis consulere debebat. Quia si verum id sit (pro cuius iudicio audienda est altera pars) non derogat declarationi legitimæ alterius Miraculi formalis, quam ex opposito Medici Louanienses, & tam Louanienses, quàm Leodienses Theologi æquè, imò magis probabiliter affirmant. Vidimus autem quo pacto hîc non sit necessaria certitudo summa, sed probabilis opinio sufficiat. Accedit D. Vicarium, Pastorem, & Templum S. Remigij, & quod maius est Deiparam Consolatricem, & deuotionem populi, iam esse in possessione vtriusque Miraculi, à quâ in dubio deturbari non possunt, ac multò minùs in tam probabili processu.

Quare omnibus perpensis saluo meliori iudicio existimamus D. Vicarium rectè functum suo officio, ideoque contra Aduersarios manu tenendum.

RES.

RESPONSVM SECVNDVM.

LEtis, & expensis quæ 10. Aprilis ad Serenissimum Principem scripta sunt, manemus adhuc in priori sententia cum nihil adferatur quod legitimum Vicarij processum, vel Miraculi veritatem infirmet. Maior isthæc diligentia, vel delectus testium, vel alia nonnulla (quæ allegantur pro formulâ examinis à Rota vel praxi Romana) requiruntur pro Canonizatione Sanctorum: (quod hîc in medio relinquimus) non tamen pro approbatione Miraculi ad excitandam vel fouendam pietatem, sed illa tantum quæ Tridentinum in priori resolutione allegatum & explicatum præscribit. Quæ omnia obseruata ex informatione authenticâ alterius partis satis constat.

Quæ verò adferuntur contra Miraculi veritatem valdè infirma sunt. Neque enim requiritur ad Miraculum, vt fiat in instanti, quod nequidem Evangelicis quibusdam Miraculis concessum. Ac multò minus necessarium videtur, vt vndique sit perfectum. Etsi enim Evangelica Miracula isto privilegio donata credantur, aut præsumantur, haud tamen omnia ad eorum perfectionem exigere debemus. Sufficit vt aliquid supra naturæ leges euenerit v.g. consolidatio crurium antea tamen debilium, & flaccidorum, & gressus ad eò expeditus,

& constans à nullâ experienciâ comparatus, quamuis fortè non sit tam concinna crurium, aliorumq; membrorum conformatio, quàm perfecta corporis humani constitutio exigat.

Ad maiorem autem in priori resolutione dictorum fidem adscribimus hîc sententiam R. P. Nicolai Baldelli è Societate IESV Theologi Romani in tomo 2. Theologiæ moralis approbato à Magistro Sacri Palatij, varijsq; Theologis lib. 3. disp. 13. à n. 18. Vbi agens de cauendo periculo fictionis, & falsitatis in euulgandis Miraculis hæc subdit.

Huic periculo prudenter occurrit Conc. Trid. sess. 25. quod ab Episcopis circa noua Miracula admittenda nihil fiat, nisi quod ex consilio Theologorum & Piorum Virorum sit consentaneum veritati: & sensus videtur esse, quòd nulla noua Miracula debeant admitti, vel permitti quæ non probentur sufficienter in se habere veritatem facti: quia de veritate Miraculi accepti formaliter, prout est Miraculum, id est utrùm id quod narratur sit verè Miraculum, & supra vires naturæ secundùm substantiam, vel secundùm modum? an verò sit quid naturale non est laborandum. Neque vnquam ex vsu Ecclesiæ videtur de hoc fuisse habita ratio quoad Miracula scribenda, & publicanda, quæ in dies occurrunt, nec modo habetur nisi in causis canonizationis, in quibus specialiter requi-

requiruntur Miracula tanquam testimonia ipsius Dei contestantis per signa, & portenta (vt dicitur ad Hebræos 2.) sanctitatem illius qui est canonizandus, ac proinde in illis requiritur, vt certò constet quòd sint vera Miracula, & vera opera solius Dei, de quo dicitur, Psal. 71. qui facit mirabilia magna solus. Hactenus Baldellus adhuc nimis rigidus in Miraculorum examine, quàm in priori resolutione fuerimus.

Testor me recepisse Originale huius scripti vnà cum Litteris Serenissimi Principis de data 30. Aprilis 1646. Datum Leodij hac 3. Maij, 1646.

IOANNES A CHOKIER,
Vicarius Generalis Leodiensis.

Hæc Copia concordat cum Originali transmissio per Serenissimum Principem Ferdinandum à Bauaria Principem Electorem Colonensem, Episcopum, & Principem Leodiensem ad Reuerendum admodum Dominum Ioannem à Chokier de Surllet Vicarium Generalem Leodiensem, vti ex Litteris eius constat de data 30. Aprilis, 1646.

Quòd testor Andreas Bertho, Notarius Apostolicus, & Immatriculatus in Concilio Privato Sæc Colfudinis Leodiensis.

ORAT

ORAIŒON A LA BIEN-HEVREUSE
VIERGE MARIE
 MERE DE CONSOLATION,

Pour dire deuant ſon Image miraculeuſe
 en l'Egliſe de S. Remy, à Liege.

GLorieuſe Vierge Mere de mon Sauueur IESVS-
 CHRIST, Reine du ciel, & de la terre, Con-
 ſolatrice des affligez, Treſſoriere des graces, fauo-
 rable Patronne & Aduocate du peuple Chreſtien,
 Salut des malades, Refuge des pecheurs, Mere de
 compaſſion ſecourez moy en routes tribulations
 & neceſſitez par vos merites, & ſpecialement par
 les ſept douleurs qu'auetz endurez tant durant la
 vie, qu'apres la mort de voſtre cher enfant IESVS.
 Je me proſterne aux pieds de voſtre Bonté mater-
 nelle, deuant ceſte Image qui vous repreſente, &
 vous prie tres-affectueuſement d'eſcouter mes
 prieres, & d'exaucer auſſi celles de tous ceux qui
 viennent honorer & inuocquer voſtre S. Nom en
 ceſte Egliſe, où vous daignez eſlargir vos graces &
 magnifier vos merueilles. Obtenez moy de DIEU
 pardon de mes pechez, l'amendement de ma vie,
 les vertus neceſſaires pour bien viure, particuliere-

ment la vraye & solide deuotion, & l'accroissement des biens spirituels & temporels pour le salut de mon Ame. Gouvernez nous aussi Mere de DIEU tres-aymable avec toute prosperité, & faictes que nous puissions viure en bonne paix, & tranquillité, mais principalement en l'vniõ de la Foy, & Religion Catholique, Apostolique & Romaine. Il vous est impossible ô tres-pieule Vierge d'oublier celuy qui espere en vous. Je vous conjoüis & benisse de tout mon cœur autant de fois qu'avez fait des Miracles par vos prieres, guery des malades, redressé des boiteux, consolé des affligez, assisté des pecheurs, & conduit d'Ames en Paradis, parce que vous estes la fille tres-aymée du Pere, la Mere tres-honorée du Fils, l'Espouse tres-chaste du S. Esprit Je vous recommande ma perfection, les adresses de mon salut, & ma pauvre Ame maintenant & à l'heure de ma mort. Ainsi soit-il.

AVTRE ORAISON.

SOUUENEZ vous tres-pieuse Vierge MARIE, Mere de Consolation, qu'il ne fut iamais dit, ny ouy personne auoir esté refusée, ou delaissée, laquelle parmy ses afflictions, & necessitez a eu recours à vostre ayde, & demandé l'assistance de vos prieres, & credit enuers vostre cher Fils IESVS. En ceste grande confiance pauvre Ame pecheresse
que

CONSOLATRIX AFFLICTORVM. 85
que ie suis, ie viens à vous Mere des Vierges, ie
m'y adresse de tout mon cœur, & en larmes &
souplesirs ie vous prie & reclame humblement vo-
stre secours. Octroyez moy donc cette grace de
voir mes pleurs & ouyr mes prieres, afin que par
vos faueurs du Ciel il vous plaise les faire exaucer.
Ainsi soit il.

CONSOLATRIX AFFLICTORVM,

Ora pro nobis.





CHANSON SPIRITUELLE

*À l'honneur de la Tres-saincte Vierge MARIE Mere de Dieu
tres-honorée en son Image Miraculeuse dans l'Eglise de
S. Remy à Liege, sous le tiltre de N. DAME DE
CONSOLATION.*

Sur le Chant : Heureux sejour de Parthenice, &c.

O Souveraine Dame des Anges
 Reyne des Cieux,
 On ne peut taire vos loüanges
 En ce bas lieux,
 Depuis qu'en ce havre de grace, (bis.
 A Sainct Remy
 Vous nous premonstrez la Bonace.
 Fin des ennuys.
 Les Impotens & les Malades
 Ont leur recours,
 Et sous les rays de vos ceillades
 Cherchent secours,
 Depuis qu'en ce havre de grace, (bis.
 A Sainct Remy
 Vous nous premonstrez la Bonace
 Fin des ennuys.
 Là vous faiçtes tant de merueilles
 En nostre endroit,

Qu'on dit vos bontez n'ont pareilles

A iuste droict,

Et en ce lieu de vos delices (bis.)

A Sainct Remy

Chacun cherche sous vos auspices

Fin des ennuys.

On nombreroit plustost les Astres

Du Firmament,

Que ceux qui pendant leurs desastres

Incessamment

Vont en ce lieu de vos delices (bis.)

A Sainct Remy

Pour y trouver sous vos auspices

Fin des ennuys.

Allons, allons de grand courage

En ce sejour :

Allons demander par hommage

Paix pour tousiours,

Allons chantans viue Marie (bis.)

Mere de Dieu,

Benit soit celuy qui la prie

En ce sainct lieu.

Allons, allons loüer la Dame,

Dame des cœurs,

Heureux qui nourrira son ame

De ses douceurs :

Allons chantans viue Marie (bis.)

Mere de Dieu,

Beny soit celuy qui la prie
 En ce saint lieu,
 O Dame du havre de grace,
 A Saint Remy
 Assistez nous en la disgrâce
 De nos ennuy,
 Et nous dirons viue Marie (bis.
 Mere de Dieu,
 Beny soit celuy qui la prie
 En ce saint lieu.

Autre Chançon à l'honneur de N. Dame de
 S. Remy MERE DE CONSOLATION.

Sur le Chant : Tandis que la celeste flame.
Ou : Je suis aymé de la plus, &c.

Venez à Saint Remy dans l'Isle
 O deuot peuple Liegeois,
 Ce lieu est bien plus doux que mielle
 Ny que tous les parfums des Roys,
 Car la Mere du bel amour
 Fait en ce beau lieu son sejour.
 La Reyne du celeste Empire
 Pour y establir ses honneurs,
 En ce lieu nous offre & inspire
 Ses plus adorables faueurs,
 Et veut monstrier que son amour
 Fait en ce beau lieu son sejour.
 Elle a fiché ses tabernacles
Dedans ce lieu si gracieux

Pour y soulager par Miracles
 Ses seruiteurs deuotieux,
 Et tesmoigner que son amour
 Fait en ce beau lieu son sejour.

Sus donc allons luy faire hommage
 Remplis de saincte affection
 Pour honorer en son Image
 La Mere de Consolation,
 Donnons loüange tour à tour
 A la Mere du sainct amour.

Operatrice des merueilles,
 Consolatrice des affigez,
 Si vos faueurs sont nompareilles,
 Nompareille est vostre bonté,
 Qui vous fait choisir Sainct Remy
 Pour y soulager nos ennuys.

MARIE honneur de nostre race,
 Cher reconfort du genre humain,
 Nous vous prions tous que de grace
 Vous nous vueillez prester la main,
 Pour nous tirer au haut sejour
 Où l'on ne vit plus que d'amour.

*Autre Chanſon chantée par la Vierge Marie, & donnée au B.
 Goderic Solitaire Anglois, afin de soulager ſes ennuys, l'af-
 ſeurant qu'auſſitost qu'il la chanteroit, elle viendroit à ſon
 ſecours. Ainſi le rapporte Guillel. Neubrigius, De Rebus
 Anglorum l. 2. cap. 20.*

Sur le chant: l'adore en mes amours la beauté d'Vranie.

Ou: Eſpris de vos beautez adorable Vranie.

Saincte Dame il est vray que vous estes admirable,
 Et vos perfections
 Vous rendent apres Dieu pleinement adorable
 A mes affections,

Celuy qui a là haut pour sa couche diuine
 Le sein de l'Eternel,
 A choisi icy bas pour sa couche infantine
 Vostre sein maternel.
 Il auoit reconnu que parmy les plus pures
 Vostre Virginité
 Estoit, ce que seroit parmy les creatures
 Sa sainte Humanité.
 S'il est Nazareen, ce n'est pas sans mysteres,
 C'est pour vostre bon-heur :
 Car il pretend parmy les fleurissantes Meres
 Que vous soyez la fleur.
 Sainte Fleur qui auez produit le fruit de Vie,
 Faites que les pecheurs,
 Secouant de la mort l'ingrate tyrannie,
 Viuent de vos douceurs.
 Regnez dedans mon cœur, côme en vostre domaine,
 Où IESVS fait la Loy :
 Je m'affuiettiray à vous cômme à ma Reine,
 A luy cômme à mon Roy :
 Que mon ame de vous saintement enyurée
 Goute l'immenfité
 De ces diuins plaisirs, qui ont plus de durée
 Que n'a l'Eternité.
 L'espoir qui va flattant mon cœur de ceste ioye
 Me fait borner mes vœux,
 Et dire que pourueu qu'avec Dieu ie vous voye
 C'est tout ce que ie veux.

FIN.

CANTICA
SPIRITUALIA
IN NOTIS GREGORIANIS.

Quibus admodum excitatur fidelis populi devotio si tractim,
& benè canantur, ad DEI, Beatissimæque Virginis MARIE
CONSOLATRICES AFFLICTORUM
in S. Remigii Templo Leodii honoratæ
gloriam.

SERENISSIMO
MAXIMILIANO HENRICO
UTRIUSQUE BAVARIÆ DUCI,
LEODIENSIVM PRINCIPI, &c.

SACRUM.

A R. D. ac M. JOANNE HENRICO MANIGART S. Theol. Licentiatò,
Pastore S. Remigii in Civitate Leod.



LEODII,
Typis Jo. MATHIÆ HOVII, Sub signo Paradisi Terrestris. 1657.
Superiorum permissu.



PIETATE, & SAPIENTIA.

ALFRED
Typo Jo. Mayer & Hovr. sub signo Regali Koenigs 1677
Inpugnata fuisse.

SERENISSIMO
MAXIMILIANO
HENRICO
LEODIENSIVM PRINCIPI, &c.

DD. CC.



Atere, SERENISSIME PRINCEPS,
hanc etiam pagellam Celsitu-
dini Tuæ dedicari velut alte-
ram exigui operis partem, ut
sub tutelâ Celsitudinis Tuæ securiùs pro-
deat in publicum. Facit zelus Tuus gloriæ
Dei, affectus ergà B. M. Virginem *Consola-
tricem Afflictorum*, & Clementia Tua ut non
formidem repulsam. Deus Opt. Maximus
Tuam Celsitudinem diu nobis conservet.

ITA VOVET

JO. HENRICUS MANIGART
S. Th. Licent. Pastor S. Remigii Leodii,
subditus vester.

AD LECTORES.

Multi pii & docti rogarunt me, ut hac Cantica Spiritualia curarem imprimi, quæ ex Facultate Reverendissimi D. Ordinarii canuntur in Æde S. Remigii Leodii ad B. *M A R I Æ* Virginis Consolatricis Afflictorum honorem, in notis Gregorianis, quibus admodum excitatur devotio populi. Perlubenter id feci ad Dei gloriam, communem usum Parochiarum Leodiensium, consolationem nostram, & ad levamen post studia, aut exercitia nostra. Hic libellus brevitate sua parabilis est, & delectu singulari utilis, & modis concinnis, ac suavibus nemini non jucundus. Valete cantantes, & psallentes in cordibus vestris.

ERRATA.

Pag. 29. lin. 11. pro *tectum*, lege *tecum*. Pag. 51. lin. 8. pro *latemini*, lege *latamini*.
Cetera benignè corrige.

APPROBATIO.

Imprimatur ad majorem DEI, & Beatissimæ Virginis gloriam. Datum 20. Martii 1657.

HENRICUS DU MONT, in absentia
R. Admodum Domini Vicarii.

11

CANTICA SPIRITVALIA,
quæ canuntur in Ecclesia S. Remigii Leod.
ad honorem B. MARIÆ Virg.

quibus admodùm excitatur fidelis populi devotio.

DE BEATA VIRGINE DOLOROSA.
HYMNVS RHYTHMICVS.

Maria sub Cruce languens præ amore, & dolore.



Fulcite me languoribus, Stipate me doloribus,



Amore IESU languero, Amore, amore languero.

Hic versus potest repeti à Choro post integrum versum.

Amor facit periculum,
Quid sit doloris spiculum:
Ne quære quare languero,
Dolore, amore languero.

Arâ Crucis sub horridâ,
Sub zonâ amoris torridâ:
Amore IESU languero,
Amore, amore languero.

Natus meus suspenditur,
Amor meus distenditur,
Dicamne quare languero,
Dolore, amore languero.

Tormenta, crux, opprobria
Cordi meo sunt propria:
Amore IESU languero,
Amore, amore languero.

Ejus Cruci confixa sum,
 Quem nil dolens enixa sum:
 Ne quære quare languco,
 Dolore, amore languco.

Cruz illa non est lignca,
 Amoris est, est ignca:

Amore IESU languco,
 Amore, amore languco.

Faxit beata TRINITAS,
 Ut gaudeam favoribus,
 Quos indidit Divinitas,
 Matris meæ doloribus, Amen.

STABAT MATER.



Stabat Mater dolorosa, Iuxta crucẽ lacrymosa, Dũ pẽdebat filius.

ALIVS CANTVS.



Stabat Mater dolorosa, Iuxta crucẽ lacrymosa, Dũ pẽdebat filius.

Cujus animam gementem,
 Contristantem, & dolentem
 Pertransiuit gladius.

O quàm tristis, & afflicta
 Fuit illa benedicta
 Mater Unigeniti.

Quæ mœrebat, & dolebat,
 Et tremebat, cùm videbat
 Nati poenas inclyti.

Quis est homo qui nõ fleret,
 Christi Matrem si videret
 In tpto supplicio.

Quis non posset contristari,
 Piam Matrem contemplari
 Dolentem cum Filio.

Pro peccatis suæ gentis,
 Vidit IESUM in tormentis,
 Et flagellis subditum.

Vidit

Vidit suum dulcem natum,
 Morientem, desolatum ;
 Dum emisit spiritum.

Eia Mater fons amoris,
 Me sentire vim doloris
 Fac ut tecum lugeam.

Fac ut ardeat cor meum,
 In amando Christum Deum :
 Ut sibi complaceam.

Sancta Mater istud agas,
 Crucifixi fige plagas
 Cordi meo valide.

Tui nati vulnerati,
 Tam dignati pro me pati
 Pœnas mecum divide.

Fac me verè tecum flere,
 Crucifixo condolere,
 Donec ego vixero.

Iuxta Crucem tecum stare,
 Te libenter sociare

ÿ. Tuam ipsius animam doloris gladius pertransiuit.

℞. Ut revelentur ex multis cordibus cogitationes.

O R E M U S.

INterueniat pro nobis Domine IESU-CHRISTE apud
 tuam sanctam clementiam, nunc, & in hora mortis nostræ,
 piissima Virgo MARIA Mater tua, cujus sacratissimam animam,
 in hora Passionis & Mortis tuæ, doloris gladius pertransiuit.
 Qui vivis, & regnas, &c.

In planctu desidero.

Virgo Virginum præclara,
 Mihi jam non sis amara ;
 Fac me tecum plangere.

Fac, ut portè Christi mortè,
 Passionis ejus sortem,
 Et plagas recolere.

Fac me plagis vulnerari,
 Cruce hac inebriari :
 Ob amorem filii.

Inflammatum, & accensus,
 Per te Virgo sim defensus,
 In die Iudicii.

Fac nos Cruce custodiri,
 Morte Christi præmuniri,
 Confoveri gratia.

Quando corpus morietur,
 Fac ut animæ donetur
 Paradisi gloria. Amen.

Domine IESU-CHRISTE per Mortem, & Crucem tuam, perque piissimæ Matris tenerrimas lacrymas, & cor amarissimo dolore tranfixum, te suppliciter exoramus; ut cum illâ juxtâ Crucem tuam stare, & in sancto obsequio tuo perseverare mereamur. Qui vivis, & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus, &c.

*Antiphona de Virginis Matris dolore,
quæ eodem cantu cani potest.*

Ave Princeps generosa,
Martyrumque prima rosa;
Virginumque lilium.
Quæ dolore marcescebas,
Et amore tabescebas,
Contemplando Filium.
Hujus nati per tormentum,
Te deprecamur, & cruentum
Cordis tui gladium.
Ut hîc tecum lugeamus,
Atque piè decurramus
Vitæ nostræ stadium.

Ÿ. Regina Martyrum, quæ juxta Crucem constitisti.
R. Per te salutem hauriamus ex vulneribus Christi.

ORATIO *ut supra.*

SPIRITUALIA.

5

STABAT MATER.



Stabat Mater dolorosa, Juxta Crucem lacrymosa, Dum pendeat filius.
Cujus animam gementem, Contristantem, & dolentem, Pertransiit gladius.



O quam tristes, & afflicta Fuit illa benedicta Mater Unigeniti.
Quae moerebat, & dolebat, Et tremebat cum videbat, Nati poenas incliti.



Quis est homo qui non fletet, Christi Matrem si videret In tanto supplicio.
Quis non posset contristari, Piam Matrem contemplari Dolentem cum Filio.



Pro peccatis suae gentis, Vidit JESUM in tormentis, Et flagellis subditum.
Vidit suum dulce natum, Morientem desolatum: Dum emisit spiritum.



Eia Mater fons amoris, Me sentire vim doloris Fac, ut tecum lugeam.
Fac ut ardeat cor meum, In amando Christum Deum: Ut sibi complacem.


Sequentes Versus eodem cantu, & modo canuntur.

ORA-

ORATIO RHYTHMICA

de septem Doloribus Deiparæ.

DOLOR I.



Ave dulcis Mater Christi, Quæ dolebas corde tristi :



Te docente Simeone, Sævi ensis de mucrone.

Confors hujus sim doloris,
 O abyssus amaroris !
 Fac me piè memorari
 Nati pœnas sensu pari.

DOLOR II.

Ave dulcis Mater Christi,
 In Ægyptum quæ fugisti,
 Ubi summa perferebas,
 Ac labore tabescebas.

Illos precor per angores,
 Nati precor per dolores,

Molem ferre da malorum,
 Dum hîc exul sum cœlorum.

DOLOR III.

Ave dulcis Mater Christi,
 Plena luctu quæ fuisti,
 Quærens tuam Virgo prolem.
 Quærens tuum luna solem.

Me tamdiu jam errantem
 Polo longè divagantem,
 Eia velis invenire,
 Et ab hoste custodire.

DOLOR

DOLOR IV.

Ave dulcis Mater Christi,
Lacrymosa quæ vidisti
Captum, vinctū, flagris cælum,
Plenum plagis dulcem IESUM.

Per hos rivos lacrymarum,
Mihi mundum fac amarum:
Christi plagas apprehendam,
In tantillo ne offendam.

DOLOR V.

Ave dulcis Mater Christi,
Iuxta crucem quæ stetisti:
In qua dirè laniatus
Pro me mori est dignatus.

Per dolorē hunc tam fortē,
Et per nati tui mortem,
Horā mihi destinatā
Mater adsis advocata.

DOLOR VI.

Ave dulcis Mater Christi,
Quæ in ulnas suscepisti
In salutem mundo datum,
Ligno crucis funeratum.

Ad tribunal me trementem,
Ac inferna jam videntem,
Vultu tuo consolare,
Piis ulnis amplexare.

DOLOR VII.

Ave dulcis Mater Christi,
Planctu summo quæ luxisti,
Tumulatum monumento
IESUM linquens, à tormento.

O quo plāctu cor exhaustū!
O doloris holocaustum!
Da cum IESU te lætantem,
Da videre conregnantem.

Amen.

Chorus post quemlibet integrum Versum repetere potest

O Mater afflictissima,
O Mater invictissima.

DE BEATA MATRE DOLOROSA.

Ex Officio PP. Oratorii.



Lacrymæ Matris prodeunt, Cordis erumpunt gemitus,



Crucis dum orbis Conditor, Suspensus est patibulo.

Doloris cultrum sentiunt
Piæ parentis viscera,
Cum IESVS dirè moritur
Pro nobis factus hostia.

Quem morientem intuens
Dulcis Virgo puerpera,
Dolores partus intuens
Iacet sub Cruce languida.

Latus insuper lanceâ
Fossum cernit crudeliter,
Inde torquetur acriter
Nati contemplans vulnera.

Tantum illi compatitur,
Quod secum ferè moritur,

Nullus dolor amarior,
Nam nulla proles charior.

O MARIA Mater pia,
Spes unica fidelium,
Tua prece melliflua
Natum redde propitium.

Quo mortis suæ merito,
In hujus vitæ stadio
Nos servet, nosque liberet
A gehennæ incendio.

Gloriam Deus Trinitas,
Redempti Christi sanguine,
Laudesque tibi debitas
Reddamus omni tempore.
Amen.

SPIRITUALIA.

HYMNVS RHYTHMICVS

septem dolores compendio complectens.

*Sequentes Hymni possunt cani eodem cantu quo canitur
Iubilus S. Bernardi. vide infra.*

MARIA septem tangitur
Pectus tuū mucronibus,
Sed mille pœnis angitur,
Et mille punctationibus.

Quæ Simeon præfagiens,
O quæ doloris spicula!
Quæ figit infans vagiens
Inter fugæ pericula.

Quando tibi non cernitur
Tribus diebus pufio,
Quando cruci substernitur,
Quæ plaga, quæ confusio!

Ejus cruenta Passio,
Ejus tibi suspendium,
Amoris est compassio,
Doloris est incendium.

Cordis tui languoribus,
Exangue corpus stringitur,
Et fletuum liquoribus
Lapis Sepulchri tingitur.

Faxit beata Trinitas,
Et gaudeam favoribus,
Quos indidit Divinitas
Matris meæ doloribus.

ALIVS HYMNVS.

Mentes pungant fidelium
Dolores, & suspiria
Matris Christi dum viscera,
Pœnâ torquentur asperâ.

Stat sub cruce dolorosa
Dum hic penderet Filius,
Ob Spiritus angustias
Est liquefacta penitus.

Sine dolore genuit
Filiū quem conceperat;
Sed dolores mors Filii
Attulit, quem genuerat.

Hoc Simeon ille justus
In spiritu prædixerat,
Dum parvulum amplexibus,
Fovens pius astrinxerat.

B

Auxit

Auxit dolores Filii
 Matris dolor peranxiæ,
 Dolor Matris opprobrii
 Nati augetur maximè.

Qui MARIAM diligitis,
 Gemitus, & suspiria

Ejus mente recolite,
 Diraque Christi vulnera.

IESUM mortem patientem
 In vobis, & hoc sentite
 Quo post mortem immortalis
 Gloriæ ditet munere. Amen.

A L I V S H Y M N V S.

Condolentes mœroribus
 MARIÆ Matris Virginis,
 Iungamus laudes fletibus
 Ad laudem sui nominis.

Pensemus Matris servuli
 Spinas cordis acerrimas,
 Dum vidit corpus Filii,
 Pœnas pati teterrimas.

Pensemus quid perpenderet
 Adstans Cruci puerpera,
 Dum testamentum conderet
 Christus in vitæ vespera.

Matrem piam Discipulo,
 Patri commendat spiritum,
 Aceti sumpto poculo
 Carnis exsolvit debitum.

Cuncti Potentis servuli
 Hujus osiores sæculi,
 IESUM occisum plangite,
 Ejusque Matrem colite.

Sit Trinitati gloria
 Pro morte Christi anxîâ,
 Qui Matris suæ precibus
 Nos mortis solvat nexibus.
 Amen.

HYMNI DE BEATA MARIA VIRGINE
GLORIOSA.

BEata Immaculata, Virgo perpetua, Quam pura es creatura,
puerpera,



tam digna viscera, Concipere, induere Lucem paternæ gloriæ.



Vel sic: Lucem paternæ gloriæ. Repetitur ultimus Versus à Choro.

O Matrem ! quæ tuum natum fundis in æthera,
O Florem ! quæ cœli rorem trahis ad ubera,
Lactas Deum infantulum, cœli terræque Dominum.

O Nate ! pro nobis date, noster Emmanuel,
De fruge MARIE sige butirum, lac, & mel,
Sunt dulcia, sunt lactea, sunt pura Matris ubera.

Primæva seduxit Eva dux morientium,
Tu plena salutis vena, Mater viventium,
Tu referas, tu revocas ad Paradisi januas.

Nos dentis mali serpentis morsus invalerat,
Divina sed medicina venena dissipat,
Tu medicum das puerum, cujus nomen est oleum.

Hi duo
Versus
integrè
omittū-
tur ex-
tra Na-
talitia.

Laudemus, & invocemus Fortem Mulierem
 MARIAM, dulcem & piam quæ vicit dæmonem,
 Hanc cordibus, hanc vocibus, hanc veneremur moribus.

Sis bona nobis Patrona, Virgo perpetua,
 Regina, ô Heroïna, Mater dulcissima:
 Te Cherubim, Te Seraphim laudent MARIA perpetim. Amen.

DE BEATA MARIA.

Eodem cantu additis aliquot notis.

Ave Virgo gratiosa, Virgo Sole clarior,
 Mater DEI gloriosa, favo mellis dulcior,
 Velut Rosa speciosa, qua nulla mundi pulchrior.

Repetitur ultimus Versus à Choro.

Ave mundi spes MARIA, Ave mitis, Ave pia,
 Ave clara mundi stella, Ave plena gratia,
 Ave Rosa sine spina, peccatorum medicina.

Angelorum Imperatrix, peccatorum consolatrix,
 Consolare me afflictum, in peccatis genitum,
 Pro me IESUM Crucifixum Virgo precare Filium.

Pro me Christum interpella, ut me salvet à procella
 Hujus mundi tam immundi in maligno positi,
 Ne nefandis, ne turpibus, me obruat sceleribus.

Mors si carnem meam frangat, mors secunda non me tangat,
 Licet caro computrescat, astra petat spiritus
 In sæcula sempiterna, in sæculorum sæcula. Amen.

HYMNVS DE B. MARIA VIRGINE.

Canitur eodem cantu quo Stabat Mater dolorosa. vide supra.

<p>A Ve digna plus laudari Quã humana lingua fari, Vel mens queat capere. Lava linguam te laudantis, Munda cor te cogitantis, Et fac sanum sapere. Ad te clamo de profundis, Ad te votis gemebundis, Ad te cordis precibus.</p>	<p>Ad te clamo malis plenus, Mœrens, miser, & egenus, Hærens luti fœcibus. Ergo Mater gaudiorum, Spes, & salus sæculorum, Virgo cœli gloria. Audi clemens clamitantem, Trahe pressum vix spirãtem Sub peccati scoria.</p>
--	---

HYMNVS DE B. MARIA A S. BERNARDO.



Ave mundi spes MARIA, Ave mitis, Ave pia,



Ave plena gratia, Omnis boni copia.



Chorus. O Magna Mater, ô MARIA, Esto clientium patrona.

Ave Virgo Mater Christi,
 Tu quæ sola meruisti
 Esse mater sine viro,
 Et lactare more miro.

Angelorum Imperatrix,
 Afflictorum consolatrix,
 Consolare nos affictos
 In peccatis genitos.

Da peccata nos vitare,
 Et quod bonum est amare,

O dulcedo virginalis
 Non fuit, nec erit talis.

Eia Rosa sine spina,
 Peccatorum medicina,
 Confer vitæ sanitatem,
 Et da morum honestatem.

Da Spem firmã, Fidẽ rectam,
 Charitatemque perfectam,
 Et concede finem bonum
 Qui est super omne bonum.

AMEN.

H Y M N V S.



Ave Maris stella, Dei Mater alma, Atque sæper Virgo, Fœlix cœli porta.



Sumens illud ave, Gabriælis ore, Funda nos in pace, Mutans nomen Evæ.

Solve vincla reis,
 Profer lumen cœcis,
 Mala nostra pelle,
 Bona cuncta posce.
 Monstra te esse Matrem,
 Sumat per te preces,
 Qui pro nobis natus
 Tulit esse tuus.
 Virgo singularis,
 Inter omnes mitis,

Nos culpis solutos,
 Mites fac, & castos.
 Vitam præsta puram,
 Iter para tutum,
 Ut videntes JESVM,
 Semper collætetur.
 Sit laus Deo Patri,
 Summo Christo decus,
 Spiritui Sancto,
 Tribus honor unus. Amen.

RHYTHMI-

RHYTHMUS AD B. MARIAM VIRG.
AVE,



Ave fuit prima salus, Quâ victus est hostis malus:



Orci ruit potentia. Si canas, AVE MARIA.

MARIA,

MARIA Mater gratiæ,
Mater favens Clementiæ:
Omnis reo fiducia
Manat ex AVE MARIA.

Dominus,

CREATOR orbis proprio
Matrem dedit re Filio:
Dei simul tu Filia,
Tu Parens, AVE MARIA.

Gratia,

CHARISMA te Divinitus
Sancti replevit Spiritus:
Cum plena dixit Gratiâ
Gabriel, AVE MARIA.

Tecum,

TECUM Deus, Rex omnium,
Turmaeque sunt caelestium:
Mulcendo qui Psalteria,
Insonant, AVE MARIA.

Plena,

Ut Luna PLENIS cornibus,
Latè micans virtutibus;
Quin ipsa cedit Cynthia,
O micans, AVE MARIA.

Benedicta,

BEATA collaudaberis,
Choros per omnes aetheris:
Cui nulla par in Gloria
Concinent, AVE MARIA.

Tu,

Tu,

TU Virgo, TU Mater DEI,
 Cunctis bonæ fydus Spei:
 Originali noxiâ
 Tu cares, AVE MARIA.

In,

IN morte nos suscipe,
 Raptos, Stygis de forcipe:
 Ne nos vorent incendia,
 Blanda fac, AVE MARIA.

Mulieribus,

PLUS FOEMINIS es omnibus
 Rigata cœli fontibus:
 His supplices, de gratiâ
 Sparge nos, AVE MARIA.

Et,

ET Virgo post partû manes,
 Quicquid latrent cōtra Canes:
 Illæsa post connubia
 Gaudeas, AVE MARIA.

Benedictus,

SIT GLORIOSVS Filius,
 Quo nil datur potentius:
 Pari Beata Gloriâ
 Sit Parens, AVE MARIA.

Fructus,

FRUCTVS malus quos perdidit
 Fructus MARIE reddidit,
 In Cœlitum palatia:
 O potens, AVE MARIA.

Ventris,

VENTRIS sub arcâ Virginis,
 Nostri Redemptor criminis,
 Factus Caro: da gaudia
 Terra, dic AVE MARIA.

Tui,

TUI decôris lumine
 Tuo MARIA nomine,
 Mundi triformis atria
 Enitent, AVE MARIA.

IESVS,

IESUS Dei qui Filius,
 Orante Matre blandiùs,
 Nobis superna præmia
 Donet, ô, AVE MARIA.

Amen.

AMEN canatur protinus,
 AMEN salutis terminus,
 Sic nos amet Mater pia,
 Nostra Spes, AVE MARIA.

HYMNVS A S. AMBROSIO COMPOSITVS.

Eodem Cantu.

O Gloriosa Domina,
Excelsa super sydera:
Qui te creavit providè
Lactasti sacro ubere.

Quod Eva tristis abstulit,
Tu reddis almo germine:
Intrent ut astra flebiles,
Cœli fenestra facta es.

Tu Regis alti janua,
Et porta lucis fulgida:
Vitam datam per Virginem,
Gentes redemptæ plaudite.

Gloria tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, & sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

Post quemlibet Versum Chorus repetit

Ave IESU Mater pia, Adjuva nos, ô MARIA.

AD B. MARIAM VIRG. PRO DEFVNCTIS.



Languentibus in Purgatorio, Qui purgantur ardore nimio,



Et torquêtur gravi supplicio, Subveniat tua cõpassio, O MARIA.

O fons patens qui culpas abluis,
Omnes juvas, & nullû respuis,
Manum tuam extende miseris,
Qui sub pœnis gemût cõtinueis,

O MARIA.

Ad te, pia, suspirant mortui,
Cupientes de pœnis erui,
Et adesse tuo conspectui,
Et gaudiis æternis perfrui,

O MARIA.

C

Clavis

Clavis David, quæ cœlū aperis, Assiduè orare Filium,
 Nunc beata succurre miseris, O MARIA.
 Qui tormētis premūtur asperis, Benedicta per tua merita,
 Educ eos de domo carceris, Te rogamus mortuos adjuva,
 O MARIA. Et allevans eorum debita,
 Lex justorū, norma credētium, Ad requiem eis sis semita,
 Vera salus in te sperantium O MARIA.
 Pro defunctis sit tibi studium,

ŷ. Ora pro defunctis, & pro nobis sancta Dei Genitrix.

℞. Ut digni efficiamur promissionibus Christi. OREMVS.

DEus vitæ viventium, spes morientium, & salus in te sperantium,
 præsta quæsumus: ut animæ omnium fidelium defunctorum à no-
 stræ mortalitatis tenebris absolutæ beata MARIA semper Virgine inter-
 cedēte cum omnibus Sanctis tuis in perpetua luce, & pace latētur. Per, &c.

Adhortatio S. Casimiri ad cultum Deiparæ.



Omni die dic MARIE Mea laudes anima,



Ejus gesta, cuius festa Cole devotissima.

Contemplare, & mirare
 Ejus celsitudinem,
 Dic foelicem genitricem,
 Dic beatam Virginem.

Ipsam cole, ut de mole
 Criminum te liberet:
 Hanc appella, ne procella
 Vitiorum superet.

Hæc

Hæc persona nobis dona

Contulit cœlestia :

Hæc Regina nos divinâ

Illustravit gratiâ.

Lingua mea, dic trophæa

Virginis puerperæ :

Quæ inflictum maledictum

Miro transfert germinè.

Sine fine dic Regina

Mundi laudum cantica :

Ejus bona semper sona,

Semper illa prædica.

Omnes mei sensus, ei

Personate gloriam :

Frequentate tam beatæ

Virginis memoriam.

Nullus certè tam disertæ

Exstat eloquentiæ :

Quicò dignos promat hymnos

Ejus excellentiæ.

Omnes laudent unde gaudent

Matrem Dei Virginem :

Nullus fingat quod attingat

Ejus celsitudinem.

Sed necesse, quod prodesse

Piis constat mentibus :

Ut intendâ, quod impèdam

Me ipsius laudibus.

Quamvis sciâ, quod MARIAM

Nemo dignè prædicet :

Tamen vanus, & insanus

Est qui illam reticet.

Cujus vita erudita

Disciplinâ cœlicâ :

Argumenta, & figmenta.

Destruxit hæretica.

Hujus mores tanquam flores

Exornant Ecclesiam :

Actiones & sermones

Miram præstant gratiam.

Evæ crimen nobis limen

Paradisi clauserat :

Hæc dum credit, & obedit

Cœli claustra referat.

Propter Evam homo sævam

Accepit sententiam :

Per MARIAM habet viam

Quæ ducit ad Patriam.

Hæc amanda, & laudanda

Cunctis specialiter :

Venerari, & precari

Eam decet jugiter.

Ipsa donet, ut quod monet

Natus ejus, faciam :

Ut finitâ carnis vitâ

Lætus hunc aspiciam.

DE BEATA MARIA VIRGINE.

TEMPORE PASCHALI.

Ex Officio Leodiensi.



Virginis MARIE laudes concinant Christiani, ô beata



Domina, tua per precamina reconcilientur peccatores.



Fiat per te liberi à fermêto veteri victimæ Paschalis perceptores.



Da nobis MARIA, Virgo clemês & pia, Aspectû Christi vivêtis,

Et gloriam Christi Resurgentis.
Ascendentis. Quæ sola Mater intacta

es Ge-



es Genitrix Verbi Dei facta. Credendum est ex te Deum,



& Hominem natū resurrexisse glorificatū. Scimus Christum



surrexisse à mortuis verè, conserva Mater nos & tuere. Alleluia.

ANTIPHONA DE S. MARIA.

ad honorem Conceptionis Immaculatæ.



Cantor. Tota pulchra es MARIA. *Chor.* Tota pulchra es MARIA.



Cantor. Et macula originalis non est in te. *Chor.* Et macula



originalis non est in te. *Cant.* Tu gloria Ierusalem. *Chorus.*



Tu lætitia Israël. *Cant.* Tu honorificentia populi nostri.



Cant. Tu Advocata peccatorum. *Cant.* O MARIA. *Chorus.*



O MARIA. *Cant.* Virgo prudentissima. *Chorus.* Virgo



Clementissima. *Cant.* Ora pro nobis. *Chor.* Intercede



pro nobis ad Dominum IESUM-CHRISTUM. Amen.

ANTIPHONA AD B. MARIAM VIRG.

contra Pestem.

Stella cœli extirpavit quæ lactavit Dominum, mortis



Pestem quam plantavit primus parens hominum.



Ipsa Stella nunc dignetur sydera compescere, quorum



bella plebem cedunt diræ mortis ulcere. O gloriosa

Stella maris à Peste succurre nobis. *Tertiò repetitur:*

Audi



Audi nos MARIA, nam te Filius nihil negans honorat.



Salva nos IESU Messia, pro quibus Virgo Mater te orat.

ŷ. Ora pro nobis piissima Dei Genitrix.

R. Quæ contrivisti caput serpentis, auxiliare nobis.

ORATIO.

DEVS misericordiae, DEVS pietatis, DEVS indulgentiae, qui misertus es super afflictionem populi tui, & dixisti Angelo percutienti populum tuum, contine manum tuam: Ob amorem illius Stellæ gloriosæ, cujus ubera pretiosa contra venenum nostrorum delictorum dulciter suxisti, præsta auxilium gratiæ tuæ, ut ab omni peste, & improvisâ morte securè liberemur. Per te IESV-CHRISTE Rex gloriæ, qui cum Patre, & Spiritu sancto vivis & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

VARIJ CANTVS LITANIARVM
BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.




KYrie eleyson. Christe eleyson.



Pater de Coelis Deus, Misere nobis, &c.

ALIVS



Kyrie eleyso. Christe eleyso. Christe audi nos. Christe exaudi nos.

ALIVS.



Kyrie eleyso. Christe eleyso. Christe audi nos. Christe exaudi nos.

D

ALIVS.

A L I V S.



Kyrie eleyson. Christe eleyson.

A L I V S.



Kyrie eleyson. Christe eleyson.

A L I V S.




Kyrie eleyson, Christe eleyson.



Pater de coelis Deus, Miserere nobis, &c.

A L I V S.



Kyrie eleyson, Christe eleyson.
Christe audi nos, Christe exaudi nos.



Pater de coelis Deus, Miserere nobis.

Fili Redemptor mundi Deus, Miserere nobis.

Spiritus sancte Deus, Miserere nobis.

Sancta Trinitas unus Deus, Miserere nobis.

*Longiores Versus facile
aptari possunt ad istis
aliquibus notis.*

Sancta MARIA, ora pro nobis.		Causa nostræ latitiæ,	ora.
Sancta Dei genitrix,	ora.	Vas spirituale,	ora.
Sancta Virgo virginum,	ora.	Vas honorabile,	ora.
Mater Christi,	ora.	Vas insigne devotionis,	ora.
Mater divinæ gratiæ,	ora.	Rosa mystica,	ora.
Mater purissima,	ora.	Turris Davidica,	ora.
Mater castissima,	ora.	Turris eburnea,	ora.
Mater inviolata,	ora.	Domus aurea,	ora.
Mater intemerata,	ora.	Fœderis arca,	ora.
Mater amabilis,	ora.	Ianua cœli,	ora.
Mater admirabilis,	ora.	Stella matutina,	ora.
Mater Creatoris,	ora.	Salus infirmorum,	ora.
Mater Salvatoris,	ora.	Refugium peccatorum,	ora.
Virgo prudentissima,	ora.	Consolatrix afflictorum,	ora.
Virgo veneranda,	ora.	Consolatrix afflictorum,	ora.
Virgo prædicanda,	ora.	Consolatrix afflictorum,	ora.
Virgo potens,	ora.	Auxilium Christianorum,	ora.
Virgo clemens,	ora.	Regina Angelorum,	ora.
Virgo fidelis,	ora.	Regina Patriarcharum.	ora.
Speculum justitiæ,	ora.	Regina Prophetarum,	ora.
Sedes sapientiæ.	ora.	Regina Apostolorum,	ora.

Regina Martyrum,	ora.	Agnus Dei, qui tollis peccata
Regina Confessorum,	ora.	mundi, Exaudi nos Domine.
Regina Virginum,	ora.	Agnus Dei, qui tollis peccata
Regina Sanctorum omnium,		mundi, Misereere nobis.
ora pro nobis.		Christe audi nos. Christe exau-
Agnus Dei, qui tollis peccata		di nos. Kyrie eleyson. Chri-
mundi, Parce nobis Domine.		ste eleyson. Kyrie eleyson.

ψ. Ora pro nobis sancta Dei genitrix, Consolatrix afflictorum.
 ℞. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

O R E M V S.

GRatiam tuam quæsumus, Domine, mentibus nostris infunde, ut qui Angelo nunciante Christi Filii tui Incarnationem cognovimus, per Passionem ejus & Crucem ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem Christum, &c.

IN RECOLLECTIONE FESTIVITATVM

B. MARIE VIRGINIS.



O quam glorifica luce corruscas, stirpis Davidicæ regia proles :



Sublimis residēs Virgo MARIA supra cœligenas ætheris omnes.

Tu cum virgineo Mater honore,
 Angelorum Domino pectoris aulam,
 Sacris visceribus casta parasti :
 Natus hinc Deus est corpore Christus.

Quem cunctus venerans orbis adorat ,
 Cui nunc ritè genu flectitur omne,
 A quo nos petimus te veniente
 Abjectis tenebris gaudia lucis.

Hoc largire Pater luminis omnis ,
 Natum per proprium Flamine sancto ,
 Qui tectum nitido vivit in æthere ,
 Regnans , ac moderans sæcula cuncta. Amen.

Ÿ. Ora pro nobis sancta Dei genitrix.

Ꝟ. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

O R E M V S.

DEUS qui nos Conceptionis, Nativitatis, Præsentationis, Annunciationis, Visitationis, Purificationis, & Assumptionis Beatæ & Gloriosæ Virginis MARIE gaudia, & solemnitates recolendo lætificas, concede nobis sic ejus laudibus, & servitio dignè insistere; ut eam in omni necessitate, & angustia, & præcipuè in hora mortis præsentem, & auxiliatricem sentiamus: & tecum post mortem per ipsam, & cum ipsa gaudere mereamur in cœlis. Per Dominum, &c.

DE ANGELO GABRIELE.

Ex Officio PP. Oratorii.

O forte foelix Angele, Magni secreti nuncie,



Nostris adesto mentibus, Nostris attende laudibus.

Te cœtus noster suspicit,
 O Gabriel Archangele
 Tuo reclusum nomine,
 Virum Deumq; prædicans.

Te magnum inter maximos
 Chori supremi Principes
 Aulæ cœlestis incolæ
 Perenni laude celebrant.

Te Virgo Mater suspicit
 Sux custodem gratiæ:
 Sui ministrum parvuli,
 Sui solamen Filii.

Quæ Dei præstas Filio,
 Digno rependunt lumine
 Divini Mater pueri,
 Æterni Pater Filii.

Te turma lecta Virginum,
 Cœlesti laudet carmine,
 Sponsum tueris Virginum
 In ipso vitæ limine.

Te Chorus laudet Martyrum
 Omnisque turma cœlitum,
 Cœli confortas Dominum
 In extremo certamine.

Amor Creator omnium,
 Amor Redemptor omniû:
 Tuus nos amor vulneret,
 Tuus nos ungat Spiritus.
 Amen.

ψ. Missus est Angelus Gabriel,
 β. Ad Mariam Virginem des-
 ponfatam Ioseph.

OREMVS.

O R E M V S.

DEVS qui Unigeniti tui Incarnationem sacratissimæ Virgini **MARIÆ** per beatum Gabrielem nuntiare voluisti, atque hunc Archangelum tuum singulari cum **IESU**, & **MARIA** Matre ejus commercio sublimasti: da nobis tanti mysterii gratia perfrui, tam sancti Angeli ope in via Domini confortari, dirigi, & illustrari, ac ejus ministerio in penetrale sacratissimum amoris **IESU**, & **MARIÆ** introduci. Per eundem Dominum, &c.

Canticum devotum eodem cantu

Dulcis **IESU**, dulce nomen,
 Dulcis Dei genitrix:
 Dulce cœlum, dulce solum,
 Dulce Matris gaudium.
 Dulcis natus, nobis datus,
 Dulcis Dei Filius:
 Dulcis chorus, dulcis thorus,
 Et dulce præsepium.
 Pulchrū numē, pulchrū lumē,
 Noctis in solatium:
 Pulchrū flamē, pulchrū stramē
 Et pulchrum palatium.
 Salve Virgo, Salve Virga,
 Quæ de Iesse floruit;
 Salve nate, nobis date.
 Quem **MARIA** genuit.

IESU veni flatū leni,
 Cor nostrum refrigera:
 Carnis æstus, orti quæstus,
 Cessent mundi prælia:
 Cor devotum te vult totum,
 Nam tu solus omnia:
 Ergo veni, simus pleni
 Fontis tui copiâ.
 Pie **IESU**, qui pro elu
 Mali per te vetiti,
 Nudus nasci, lacte pasci
 Voluisti perpeti.
 Da salutem per virtutem
 Quâ polles divinitus:
 Ut hîc donum, illîc bonum
 Acquiramus cœlitus.

Tuus

Tuus fletus IESU lætus
 Mœstum mundum recreat:
 Ejulatus tuus gratus
 Patri nos conciliat.

Sed da verè tecum flere
 Causam mali crimina,
 Vt post mortem cœli sortem
 Nobis des in sæcula.

ALIVD EODEM CANTV.

AVe Virgo gratiosa,
 Virgo Sole clarior:
 Mater Dei gloriosa,
 Favo mellis dulcior.
 Tu es illa speciosa,
 Quâ est nulla pulchrior:
 Rubicunda plusquam rosa
 Lilio candidior.
 Tu es grata lux piorum,
 Grata lux Ecclesiæ:


Fulgens portus afflictorum,
 Mater es clementiæ.
 Dele sordes peccatorum
 Mater indulgentiæ,
 Consolatio mœstorum
 Nostræ fons lætitiæ.
 Tu es Mater singularis,
 Et nos tui Filii:
 Fac nos semper tuearis
 Nostri spes auxilii. Amen.

HYMNVS DE SANCTO IOSEPH.

Eodem cantu primo quo Stabat mater dolorosa. vide fol. 2.

Salve Pater Salvatoris,
 Salve custos Redemptoris,
 O IOSEPH amabilis.
 Salve sponse Matris Dei,
 Salve hospes Dei mei,
 O IOSEPH mirabilis.

Dulces cunæ, dulces panni,
 Dulces dies, dulces anni.
 Dum nutriti Dominum.
 O quàm fuit admiranda
 Tua vita veneranda,
 Portans Dei Filium.



at

ire

are

irer,

atus

Do-

ju-

tuæ

esu-


te-

ur.


ri-

et,


lorum sæcula. Amen. Qui vivis & regnas in sæcu-




Stabat mater dolo = rosa juxta crucem lacrymosa dum pen =



debat filius




Stabat mater dolo = rosa juxta crucem lacrymosa dum pen =



debat filius



Stabat mater dolo = rosa juxta crucem lacrymosa dum pen =



debat filius

Cuius animam gementem, Contristantem et dolentem, pertransiit gladius.

O quam tristis et afflicta, Fuit illa benedicta, Mater Unigeniti.

Quae merebatur et dolebat, & tremebat cum Videbat, Nati poenas incliti,

Quis est homo qui non fletet, Christi Matrem si Videret, in tanto supplicio.

Quis posset non contristari, ipsam Matrem contemplari, dolentem cum filio.

Pro peccatis suae Gentis, Vidit Jesum in tormentis, & flagellis subditum.

Vidit suum dulcem natum, morientem desolatum, dum emisit spiritum.

Eia Mater fons amoris, me sentire vim doloris, fac ut tecum lugeam.

Fac ut ardeat cor meum, in amando Christum Deum, ut illi complaceream.

Sancta Mater istud agas, crucifixi siq; plagas, cordi meo valide,

Tui Nati vulnerati, iam dignati pro me pati, poenas mecum divide.

Fac me verè tecum flere, Crucifixo condolere, Donec ego Vixero.

Juxta Crucem tecum stare, Te libenter sociare, Donec respiravero.

Virgo virginum praeclara, mihi iam non sis amara, fac me tecum plangere.

Fac ut portem Christi mortem, Passionis eius sortem, Et plagas recolere.

Fac me plagis vulnerari, Cruce hac inebriari, Ob amorem Filii.

Inflammatum & accensus, Per te virgo sim defensus, In die Iudicij.

Fac me Cruce custodiri, Morte Christi prae muniri, Consoveri gratia,

quando corpus morietur, Fac ut anima donetur, Paradisi gloria.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher.]

Tu

M

E

In

sh

A

M

Tu

R

Tu

H

S

Salv

salv

O IOSEPH mirabilis.

Portans Dei Filium.

In cunis IESUM vidisti,
Tuis brachiis tulisti,
 Angelis felicior.

Genis genas admovebas
Fletu malas irrigebas
 Aliis beatior.

Modò Deum appellabas,
Modò Regem vocitabas,
 Illi gratias agens.

Modò Patrem adorandum,
Modò natum adamandum,
 Illi basia ferens.

Illum Sponsum salutare,
Illi sese consecrare,
 O sanctæ primitiæ.

Cum IESU sic conversari,

Dei natum amplexari,
 O quales delicia.

Quis est homo qui amare
Atque IESUM sic gestare
 Nollet suis brachiis.

Nullus est qui non ambiret,
Et qui cunas non adiret
 Pro tantis deliciis.

O mi IESU salutaris
Per IOSEPH Virginalis
 Merita nos adjuva.

ÿ. Valdè amandus est beatus
IOSEPH.

℞. Inter cuius brachium Do-
minus recubuit.

O R E M V S.

OMnipotens & mitissime DEVS, qui beatum IOSEPH ju-
stum filium David, beatæ Virgini MARIE, Matri tuæ
sponsum providisti, & in tuum nutritium elegisti, da quæsu-
mus ut ejus precibus & meritis Ecclesia tua tranquilla pace læte-
tur, & ad perpetuæ visionis tuæ consolationem perducatur.
Per eundem Dominum, &c.

V E L

Sanctissimæ Genitricis tuæ Sponsi quæsumus Domine, meri-
tis adjvemur, ut quod possibilitas nostra non obtinet,
ejus nobis intercessione donetur: Qui vivis & regnas in sæcu-
lorum sæcula. Amen.

EX IVBILO S. BERNARDI.



IESU dulcis memoria Dans vera cordi gaudia :



Sed super mel & omnia Ejus dulcis præsentia.

A choro repetitur : Ave IESU Rex gloriæ, Veræ cordis delitiæ.

Desidero te millies,
Mi IESU, quando venies?
Quando lætum me facies?
me IESU quando faties?

O IESU mi dulcissime,
Spes suspirantis animæ,
Te quærunt piæ lacrymæ,
Et clamor mentis intimæ.

Mane nobiscum Domine,
Et nos illustra lumine,

Pulsâ mentis caligine
Mundum replens dulcedine.

IESU mi bone, sentiam
Amoris tui copiam :

Da mihi per præsentiam
Tuam videre gloriam.

Æterna Sapientia
Tibi Patrique gloria,

Cum Spiritu Paracleta
In sempiterna sæcula. Amen.

IDEM ALITER.



IESU dulcis memoria Dans vera cordi gaudia :

Secd



Sed super mel & omnia Ejus dulcis præsentia.



Amore IESV languo, Amore IESV languo.

Hymnus sequens eodem cantu etiam cani potest.



IESV nostra redemptio, Amor & desiderium:



Deus Creator omnium, Homo in fine temporum.

Quæ te vicit clementia,
Ut ferres nostra crimina
Crudelem mortem patiens,
Ut nos à morte tolleres.

Inferni claustra penetrans,
Tuos captivos redimens,
Victor triumpho nobili
Ad dextram Patris residens.

Ipsa te cogat pietas,
Ut mala nostra superes
Parcendo, & voti compotes
Nos tuo vultu faties.

Tu esto nostrum gaudium,
Qui es futurus præmium,
Sit nostra in te gloria
Per cuncta semper sæcula.

ŷ. Sit nomen Domini benedictum.
 &. Ex hoc nunc & usque in sæculum.

O R E M V S.

Domine IESU-CHRISTE, qui dixisti petite, & accipietis; quærite, & invenietis; pulsate, & aperietur vobis: quæsumus da nobis petentibus divinissimi tui amoris affectum, ut te toto corde, ore, & opere diligamus, & à tua laude nunquam cessemus. Qui vivis, &c.

AD ELEVATIONEM.



O quàm amabilis es bone IESV! ô dulcis IESV!



Quàm delectabilis es bone IESV! ô dulcis IESV!



O cordis jubilú, mentis solatium! ô bone IESV! ô bone IESV!

Quàm admirabilis es bone IESV! ô dulcis IESV!

Quàm honorabilis es pie IESV! ô dulcis IESV!

O cordis jubulum, mētis solatiú! O bone IESV! ô bone IESV!

Quàm

Quàm venerabilis es bone IESV! ô dulcis IESV!
Semper laudabilis es pie IESV! ô dulcis IESV!
O cordis jubulum, &c.

Gregi fidelium da bone IESV! ô dulcis IESV!
Salutis exitum da pie IESV! ô dulcis IESV!
Post vitæ terminum perenne gaudium, ô bone IESV!
ô bone IESV!

Rhythmus S. Thomæ ad sacram Eucharistiam.



Adoro te devotè latens Deitas, Quæ sub his figuris verè latitas:



Tibi se cor meum totum subjicit, Quia te contemplans totum deficit



Chorus. Ave JESU Pastor fidelium, adauge fidē omniū in te credentium.

Visus, tactus, gustus, in te fallitur,
Sed auditu solo tutò creditur:
Credo quicquid dixit Dei Filius,
Nil hoc verbo veritatis verius.


In Cruce latebat sola Deitas,
At hîc latet simul & humanitas:
Ambo tamē credēs, atque cōfitēs,
Peto quod petivit latro penitens.

Plagas sicut Thomas nō intueor,
Deum tamen meum te confiteor:
Fac me tibi semper magis credere,
In te spem habere, te diligere.

O memoriale mortis Domini,
Panis vivus, vitam præstās homini:
Præsta meæ menti de te vivere,
Et te illi semper dulce sapere.

Pie Pelicane JESU Domine, JESU, quē velatum nunc aspicio,
 Me immundū mūda tuo sanguine: Oro fiat illud quod tam fitio:
 Cujus una stilla saluum facere, Ut te revelata cernens facie,
 Totū mundum quit ab omni scelere. Visu sim beatus tuæ gloriæ. Amen.

Hymnus de V. Sacramento. Ex Offic. Eccl. Germaniæ.



Ave vivens hostia, Veritas & vita, Per te Patri gloria
 Per te Sacrificia cuncta sunt finita,



datur infinita, Per te stat Ecclesia jugiter munita,
Vel Per te nobis munera dantur infinita.

Ave vas clementiæ,
 Scrinium dulcoris,
 In quo sunt delitiæ
 Cœlici saporis,
 Veritas substantiæ
 Tota Salvatoris,
 Sacramentum gratiæ
 Pabulum amoris.

Ave Manna cœlicum
 Verius legali
 Datum in viaticum
 Misero mortali,

Medicamen mysticum
 Morbo spiritali,
 Morem dans Catholicum
 Vitæ immortalī.

Ave plenum gaudium,
 Vita beatorum,
 Pauperum solatium,
 Honor miserorum,
 Grande privilegium
 Est hoc viatorum;
 Quorum Sacrificium
 Merces est cœlorum.

Hoc

Hoc ardoris calculo
 Veni nos ignire
 Hoc amoris stimulo
 Frange motus iræ,
 Et eodem ferculo
 Quo nos vis nutrire,
 Velis cordis vinculo
 Fortiter vincere.

O IESU dulcissime,
 Cibus salutaris,
 Qui sic nobis intimè
 Tribui dignaris,
 Mala nostra deprime.
 Fletibus amaris,
 Et affectus imprime
 Quibus delectaris.

IESU vivens hostia
 Placa Majestatem,
 Sacramenti gratia
 Confer sanitatem,

Pauperum substantia
 Da æternitatem,
 Domini memoria
 Fove charitatem.

Vanitatem cernere
 Fac nos consolator,
 Hostis dona vincere,
 Christe propugnator.
 Et quod doces credere
 IESU reparator,
 Ac te tandem cernere
 Da remunerator.

Vita, salus, gaudium,
 Spes universorum
 Tu merces, & præmium,
 Salus beatorum,
 Tibi laudes omnium
 Corda devotorum,
 Concinunt in sæcula
 Sæculorum. Amen.

Ex Officio de sancta Cruce. Eodem cantu.

PATRIS Sapia,ntia,
 Veritas divina,
 Deus Homo captus est
 Horâ Matutinâ:

Suis à Discipulis
 Citò derelictus,
 Est Iudæis traditus;
 Venditus, afflictus.

Horâ

Horâ primâ ductus est

IESVS ad Pilatum :

Falsis testimoniis

Multùm accusatum

In caput percutiunt ,

Manibus ligatum ,

Conspuentes faciem ,

Ut est prophetatum.

Crucifige clamitant

Hora tertiarum ,

Et illusus tegitur

Veste purpurarum ,

Caput ejus pungitur

Stimulis spinarum ,

Crucem portat humeris

Ad loca pœnarum.

Hora sextâ IESVS est

Cruci conclavatus ,

Atque cum latronibus ,

Pendens deputatus :

Præ tormentis sitiens

Felle saturatus ,

Agnus crimen diluit ,

Sic ludificatus.

Hora nonâ Dominus

IESVS expiravit ,

Heli clamans , animam

Patri commendavit ,

Latus ejus lanceâ

Miles perforavit :

Terra tunc contremuit ,

Et Sol obscuravit.

De Cruce deponitur

Horâ Vespertinâ ,

Fortitudo latuit

In mente Divina ;

Talem mortem subiit

Vitæ medicina ,

Heu corona gloriæ

Iacuit supina.

Hora Completorii

Datur sepulturæ

Corpus Christi nobile ,

Spes vitæ futuræ ;

Conditur aromate

Complentur Scripturæ ,

Nobis Christe iugiter

Sit mors tua curæ.

*Hymnus de V. Sacramento qui canebatur Leodii in solemnitate
SS. Sacramenti ante Officium S. Th. de festo Corporis Christi.*



Christus verè noster cibus, Christus verè noster potus :



Caro Dei verè cibus, Sanguis Dei verè potus.

Vera Caro quam sumimus,	Cujus panis Angelici
Quam assumpsit ex Virgine :	Saginemur pinguedine,
Verus Sanguis quem bibimus,	Ut tam pii Viatici
Quem effudit pro homine.	Delectemur dulcedine.
Verè tali mysterio ,	O cœleste convivium !
Verbum Caro comeditur ,	O Redemptorum gloria !
Per quod viget Religio,	O requies humilium !
Per quod cœlum ingreditur.	Æterna confer gaudia.
Panis iste dulcedinis,	Præsta Pater per Filium,
Totus plenus, & gratiæ	Præsta per Alnum Spiritum,
Alvo gestatus Virginis,	Quibus hoc das edulium
Rex est aternæ gloriæ.	Prosperum serves exitû. Amen.

Ÿ. Panem de cœlo præstitisti eis, Alleluia.

℞. Omne delectamentum in se habentem, Alleluia.

O R E M V S.

DA nobis Omnipotens Deus, Sacro-sanctam Corporis, & Sanguinis
Domini nostri JESU-CHRISTI præsentiam ineffabili devotione
venerari, ut quam dignè celebrare non valeamus, devotis mentis obsequiis
frequentemus. • Per Dominum nostrum.

CANTICA
IN ADVENTU.

Ex Officio PP. Oratorii.



Cant. Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum. *Et repetitur*



à Choro. Cant. Ne irascaris Dñe, ne ultra memineris iniquitatis.



Ecce Civitas sancti facta est deserta, Sion deserta facta est,



Ierusalem desolata est, Domus sanctificationis tuæ & gloriæ



tuæ, ubi laudaverunt te Patres nostri. *Repetitur à Choro* Rorate.



Cant. Peccavimus, & facti sumus tanquam immundus nos,
& ceci-



& cecidimus tanquã folium universi, & iniquitates nostræ



quasi ventus abstulerunt nos. Abscondisti faciem tuam à



nobis, & allisisti nos in manu iniquitatis nostræ. *Chorus.* Rorate




Cant. Vide Domine afflictionem populi tui, & mitte quem



missurus es. Emitte agnum Dominatorem terræ de petra



deserti ad montem filiæ Sion ut auferat jugum captivitatis



nostræ. *Chor.* Rorate, &c. *Cant.* Consolamini, cōsolamini



popule meus citò veniet salus tua : Quare moerore



consumeris, quia innovavit te dolor salvabo te noli timere.



Ego enim sum Dominus Deus tuus sanctus Israël



Redemptor tuus. *Rorate repetitur à Choro.*

CANTICA NATALITIA.



In Natali Domini gaudet oēs Angeli, & cantat cū jubilo gloria uni Deo.



Virgo Deum genuit, Virgo Christum peperit, Virgo semper intacta.
Nunciavit

Nunciavit Angelus
Gaudium Pastoribus
Christi natalitia,
Magna cum lætitia. Virgo, &c.

Christus natus hodie
Ex MARIA Virgine,
Non conceptus semine
Apparuit hodie. Virgo, &c.

Natus est Emmanuël,
Quem prædixit Gabriël,
Testis est Ezechiël
A Patre processit, & Virgo, &c.

Magi Deum adorant,
Aurū, Thus, & Myrrham dant.
Regum Regi Domino
Gloria uni Deo. Virgo, &c.

A L I V D.




Omnis mūdus jucundetur nato Salvatore, casta Mater quem



conceptit Gabriëlis ore : Sonoris vocibus, sinceris mentibus.



Exultemus, & lætemur hodie, hodie, hodie : Christus natus



ex MARIA Virgine, Virgine, Virgine. Gaudete, gaudete,



Gaudeamus, & lætemur itaque, itaque, itaque. *Repetatur iterū.*

ALIVD.



Festum diem hodie læti omnes agite , hic mortalis ,



ô mortalis cœco lumen, claudio limé , ægris vitam advehit.



Currite seduli, currite creduli, Gens Christo dedita,



fundite jubila, laudû præconia ad natî Iesuli pia cunabula.

Sol occasum nesciens,
Stella semper rutilans,
Sphærâ mundi tam immûdi,
Luce bona, luce nova,
Luce clara renovat.

Currite seduli, &c.

Verbum Ens altissimi,
Verbum Patris cœlici,
Ut labores , ut dolores,

Cunctis demat, vitam emat,
Orbem terræ vîstat.

Currite seduli, &c.

IESU mundi gloria,
Pacis amans fœdera,
Lucis dator , consolator,
Fuga bella novâ pace,
Pacem dona Patriæ.

Currite seduli, &c.

ALIVD.

A L I V D.



Cui Deus Pater est, cui Virgo Mater est, divini fons amoris,



E cœlis ortus est, in terras lapsus est, nostri confors doloris.



O cœli Rex tu nobis datus es, O terræ Rex tu nobis natus es.

Quis iste Deus est,
 Qui puer factus est,
 Nostri confors doloris:
 Deus de Deo est,
 Qui mundi Rector est,
 Divini fons amoris.
 O cœli Rex, &c.

Quis iste Deus est,
 Qui sine sceptro est,
 Nostri confors doloris;
 Huic cœlum thronus est,

Terra scabellum est,
 Hic casti fons amoris.
 O cœli Rex, &c.

Quis iste Deus est,
 Qui sic egenus est,
 Nostri confors doloris;
 Hic margarita est,
 Quâ mundus emptus est,
 Hic casti Rex amoris.
 O cœli Rex, &c.

Quis iste Deus est,
 Qui sic elinguis est,
 Nostri consors doloris;
 Hic Verbum Patris est,
 Quo mundus factus est,
 Hic casti Rex amoris.

O cœli Rex, &c.

Quis iste Deus est,
 Qui nocte natus est,
 Nostri consors doloris;
 Hic splendor Patris est,
 Hic dies mundi est,
 Hic casti fons amoris.

O cœli Rex, &c.

In Bethlem nascitur
 Virtute pascitur,
 Divini fons amoris;
 Amore datus est,
 In scœno natus est,
 Nostri consors doloris.

O cœli Rex, &c.

Virtutem flagitat,
 Amorem postulat,
 Nostri consors doloris;
 Amorem reddite,
 Virtutem colite
 Sic jubet Rex amoris.

O cœli Rex, &c.

ALIVD.



Diei solemnia fulget dies, Celebrat Ecclesia, fulget dies ista.

Repetitur: Celebrat Ecclesia, &c.

Fit porta Christi pervia,
 Fulget dies,
 Referta plena gratia,
 Fulget dies ista.
Repetitur Referta plena, &c.

Genus superni Numinis,
 Fulget dies,
 Processit aula Virginis,
 Fulget dies ista.
Repetitur etiam Processit, &c.

Honor

Honor Matris, & gaudium,
Fulget dies,
Immensa spes credentium
Fulget dies ista.

Præsta Pater Omnipotens,
Fulget dies,

Per Iesum Christum Dñm,
Fulget dies ista.


Qui tecum in perpetuum,
Fulget dies,

Regnat cum Sancto Spiritu,
Fulget dies ista.

IN NATALI DOMINI.



Puer natus in Bethleem, in Bethleem, Unde gaudet Ierusalem.



Alleluia, Alleluia.

· Iſc jacet in præſepio, in præſepio,
Qui regnat ſine termino. Alleluia, Alleluia.

Cognovit bos, & aſinus, & aſinus,
Quod puer erat Dominus. Alleluia, Alleluia.

Reges de Saba veniunt, veniunt,
Aurum, Thus, Myrrham offerunt. Alleluia, Alleluia.

Intrantes Domum invicem, invicem,
Novum ſalutant Principem. Alleluia, Alleluia.

De Matre natus Virgine, Virgine,
Sine virili ſemine. Alleluia, Alleluia.

Sine serpentis vulnere, vulnere,
 De nostro venit sanguine. Alleluia, Alleluia.
 In carne nobis similis, similis,
 Peccato sed dissimilis. Alleluia, Alleluia.
 Ut redderet nos homines, homines,
 Deo, & sibi similes. Alleluia, Alleluia.
 In hoc natali gaudio, gaudio,
 Benedicamus Domino. Alleluia, Alleluia.
 Gloria tibi Domine, Domine,
 Qui natus es de Virgine. Alleluia, Alleluia.
 Laudetur sancta Trinitas, Trinitas,
 Deo dicamus gratias. Alleluia, Alleluia.

IDEM ALITER.



Puer natus in Bethleem, Alleluia, Alleluia.




Unde gaudet Ierusalem, Alleluia, Alleluia.

Hic jacet in praesepio, Alleluia, Alleluia.
 Qui regnat sine termino, &c.


SPIRITUALIA.

52

ADHVC ALITER.



Puer natus in Bethleem, In hoc anno, Unde gaudet Ierusalem:



Hoc in anno gratulemur Genitricem, veneremur cordis iubilo,




Christum natum adoremus novo cantico.

Hic jacet in præsepio, In hoc anno, &c. *ut supra.*

ALTERVM ALITER.



Puer natus in Bethleem, Unde gaudet Ierusalem,



Lætemini in Domino in hoc anno novo.

Hic jacet in præsepio, Qui regnat, &c. *uti supra.*

CANTICA
IN NATALI DOMINI.



Puer nobis nascitur, Rector Angelorum,



In hoc mundo nascitur Dominus Dominorum.

In præsepe ponitur
Sub foeno jumentorum :
Novit bos, & asinus
Christum Regem Cœlorum.

Nos de tali gaudio
Cantemus corde pio,
In cordis, & organo,
Modulemur Domino.

Tunc Herodes timuit
Maximo cum livore,
Infantes, & pueros
Occidit cum dolore.

Laus, & jubilatio
De Deo fit in ore,
Et semper Angelicas
Deo demus gratias.

Le Refrain.

Qui natus ex Maria
In die hodierna,
Ducat nos cum gratia
Ad gaudia superna.

O Noé, Noé, Noé,
A la bon-heur' soyez né,
O Noé, Noé, Noé,
Soyez nous Iesus, Noé.

ALIVD.



Huc ad Regem Pastorum Pastores currite, Huc ad Regem



amorum amantes pergite; Lati ex pectore canamus focii,



Festoq̄ue carmine Pastorum Principi.

En ut Pastor supernus,
 Ceu Agnus pascitur:
 En ut Deus æternus,
 Seu puer nascitur:
 Agnum tenellulum
 Pastores canite,
 Deum puellulum
 Angeli psallite.

Verbo cuncta qui creat
 Elinguis conticet,
 Motu cuncta qui beat
 immobilis jacer;

Quem non hæc capiant
 Sacra spectacula,
 Quem non hæc rapiant
 Nova miracula.

Agnum novo Pastori
 Pastores pascite,
 Novo flores amoris
 Amantes carpite,
 Si desint lilia
 Ferte quod superest,
 Non spernet vilia
 Qui ruri natus est.

Agnum parvum ne ferte
 Nam ipse Agnus est,
 Non flores adferre
 Flos ipse florum est,
 Sed corda tradite
 Datori cordium,
 Mentésque reddite
 Pastori mentium.

O beati Natales
 Quibus Sol oritur,
 O beati Sodales
 Quibus exoritur,
 O Puer rosée,
 O Parens mellea,
 O Ioseph lactee,
 Trinitas aurea.

DE S. MICHAËLE.



O Heros invincibilis, Dux Michaël, Adesto nostris præliis,



Ora pro nobis, pugna pro nobis, Dux Michaël.

Tu noster Dux militiæ,
 Dux Michaël,
 Defensor es Ecclesiæ,
 Ora pro nobis, pugna, &c.
 Cœlestes omnes Spiritus,
 Dux Michaël,
 Pars tui sunt exercitus,
 Ora pro nobis, &c.

Per terras atque maria,
 Dux Michaël,
 Sunt nota tua prælia,
 Ora pro nobis, &c.
 Per te, ô Heros belliger,
 Dux Michaël,
 Prostratus jacet Lucifer,
 Ora pro nobis, &c.

O magne

SPIRITUALIA.

O magne Heros gloriae,
 Dux Michaël,
 Protector esto Legiæ,
 Ora pro nobis, &c.
 Ad arma, ad arma, Angelos
 Dux Michaël,
 Ad arma voca subditos, &c.
 Ejectis procul hostibus,
 Dux Michaël,
 Fer opem te colentibus, &c.

Afflictæ pridem Patriæ,
 vel Ecclesiæ Catholicæ,
 Dux Michaël,
 Optatam pacē redhibe, &c.
 A fame, peste libera,
 Dux Michaël,
 A servitute vindica, Ora, &c.
 O Michaël Archangele,
 Dux Michaël,
 Hæc voce rogo supplice, &c.

Psalmus Miserere.



Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam, &c.

Litania omnium Sanctorum.



Kyrie eleison, &c. Christe audi nos, Christe exaudi nos.



Pater de cœlis Deus, Miserere nobis. &c.



Sancta Maria, Ora pro nobis. &c.

CANTICVM FRATRIS IACOBONI.

Potest etiam cani eodem cantu quo Huc ad Regem,
in Natali Domini fol. 53.



Cur mundus militat Sub vana gloria, Cujus prosperitas Est transitoria,



Tam citò labitur Ejus potentia Quàm vasa figuli Quæ sunt fragilia.

Plus crede litteris
Scriptis in glacie,
Quàm mundi fragilis
Vanæ fallaciæ:
Fallax in præmiis
Virtutis specie,
Qui nunquam habuit
Tempus fiducia.
Credendum est magis
Viris fallacibus,
Quàm mundi miseris
Prosperitatibus,
Falsis infantiis
Et vanitatibus,
Falsisque studiis
Et voluptatibus.

Dic ubi Salomon
Olim tam nobilis?
Vel ubi sit Sampson
Dux invincibilis?

Vel pulcher Absalon
Multum mirabilis?
Vel dulcis Jonathas
Multum amabilis?
Quò Cæsar abiit
Celsus imperio?
Vel dives splendidus
Totus in prandio?
Dic ubi Tullius
Clarus eloquio?
Vel Aristoteles
Plenus ingenio?

Tot clari proceres,
Tot rerum spatia,
Tot ora præsulum,
Tot mundi fortia,
Tot mundi Principes,
Tanta potentia,
In ictu oculi
Claudentur omnia.

Quàm

Quàm breve festum est

Hæc mundi gloria:

Ut umbra hominis

Sunt ejus gaudia:

Quæ semper subtrahunt

Æterna præmia:

Et ducunt hominem

Ad dura devia.

O esca vermium,

O massa pulveris,

O ros, ô vanitas,

Cur sic extolleris?

Ignorans penitus

Utrum cras vixeris:

Fac bonum omnibus

Quamdiu poteris.

Hæc carnis gloria

Quæ magni penditur,

Sacris in litteris

Flos fœni dicitur;

Vel leve folium

Quod vento rapitur:

Sic vita hominis

Hac viâ tollitur.

Nil tuum dixeris

Quod potes perdere:

Quod mundus tribuit

Intendas spernere:

Superna cogita,

Cor sit in æthere:

Felix qui potuit

Mundum contempnere. Amen.

Aliud eodem cantu.

Quid juvant aureæ

Mundi delitiæ?

Ut umbra fugiunt,

Ut ventus abeunt.

Quid juvat folium,

Sceptrumque regium?

Sceptrum cum folio

vix durat triduo.

Quid juvat species,

Et pulchra facies?

Ut bulla interit,

Ut rosa præterit.

Quid juvant belluli

Crinesque comptuli?

Hi quoque lurido

Clauduntur tumulo.

Quid precor oculi

Juvant crySTALLINI?

In morte labia

Pallent corallina:

Quid auri turgida

Juvat superbia?

E terra foditur

Quæ parvi penditur.

Quid vestis byssina,

Quid juvat purpura?

Conchæ maritimæ

Sunt causa purpuræ:

Quid juvant serica,

Et holoserica?

Omnis est sericus

Decor à vermibus.

H

Quid

Quid ergo talia?
 Numquid sunt terrea?
 Sunt stercus vermium,
 Sanguisque muricum :

Numquid hæc omnia,
 Sunt mera somnia?
 Stulta sunt omnia,
 Et mera somnia.

Exhortatio ad Pœnitentiam à Dominico Carthusiano.



Homo Dei creatura, Cur in carne moritura,



Est tam parva tibi cura Pro æterna gloria.

Illa quanta sit si scires
 Præter eam nil sitires,
 Nec mundana sic ambires,
 Vana transitoria.

Non vivamus ut jumenta,
 Ne post mortem ad tormenta
 Veniamus, & lamenta
 Intolerabilia,

Et si pœnas infernales
 Agnovisses, quæ, & quales,
 Tuos utique carnales
 Appetitus frangeres.

Modò veniam precemur,
 Mortem Christi meditemur :
 Ad superna præparemur
 Desiderabilia.

Et innumera peccata,
 Dicta, facta, cogitata,
 Mente tota conternata
 Meritò deplangeres.]

Ecce mundus evanescit,
 Decor ejus jam marcescit:
 Et quotidie vilescit
 Fallax ejus gloria,

Tot sunt gaudia Sanctorum,
 Tot tormenta reproborum,
 Quòd immanitas amborum,
 Nullo sensu capitur.

Quæ demergit ad inferna.
 Ergo gloria superna,
 Vita nobis sempiterna
 Jugis sit memoria.

I N P A S C H A T E.

Cantor.

O filii & filia, Rex cœlestis, Rex gloria, Morte surrexit hodie. Alleluia

Chorus.

Alleluia, Alleluia, Alleluia.

Et manè prima Sabbati,
Ad ostium monumenti,
Accesserunt Discipuli. Alleluia.
Alleluia, &c.

Et Maria Magdalene,
Et Jacobi, & Salôme
Venerunt corpus ungere. Alleluia.
Alleluia, &c.

In albis sedens Angelus
Prædixit mulieribus,
In Galilæa Dominus. Alleluia.
Alleluia, &c.

Et Joannes Apostolus
Cucurrit Petro citius,
Monumento venit prius. Alleluia.
Alleluia, &c.

Discipulis adstantibus
In medio stetit JESUS
Dicens: Pax vobis omnibus. Allel.
Alleluia, &c.

Ut intellexit Didymus,
Quòd surrexisset Dominus
Remansit ferè dubius. Alleluia.
Alleluia, &c.

Vide Thoma, vide latus,
Vide pedes, vide manus,
Noli esse incredulus. Alleluia.
Alleluia, &c.

Quando Thomas vidit Christū,
Pedes, manus, latus suum,
Dixit: Tu es Deus meus. Alleluia.
Alleluia, &c.

Beati qui non viderunt,
Et firmiter crediderunt,
Vitam æternam habebunt. Allel.
Alleluia, &c.

In hoc festo sanctissimo
Sit laus, & jubilatio,
Benedicamus Domino. Alleluia.
Alleluia, &c.

IN - PASCHATE.

*Eodem cantu quò Puer natus in Bethleem, in Natali
Domini. vide supra pag. 49.*

SURREXIT Christus hodie, hodie,
Humano pro solamine. Alleluia, Alleluia.
Mortem qui passus pridie, pridie,
Miserrimo pro homine. Alleluia, Alleluia.
Mulieres ad tumulum, tumulum,
Dona ferunt aromatum. Alleluia, Alleluia.
Quærentes IESVM Dominum, Dominum,
Qui est Salvator hominum. Alleluia, Alleluia.
Album cernentes Angelum, Angelum,
Annuntiantem gaudium. Alleluia, Alleluia.
Mulieres, ô tremulæ, tremulæ,
In Galilæam pergite. Alleluia, Alleluia.
Discipulis hoc dicite, dicite,
Quod surrexit Rex gloriæ. Alleluia, Alleluia.
Petro dehinc, & ceteris, ceteris,
Apparuit Apostolis. Alleluia, Alleluia.
In hoc Paschali gaudio, gaudio,
Benedicamus Domino. Alleluia, Alleluia.
Gloria tibi Domine, Domine,
Qui surrexisti à morte. Alleluia, Alleluia.
Laudetur sancta Trinitas, Trinitas,
Deo dicamus gratias. Alleluia, Alleluia.

IN ASCENSIONE DOMINI.

Eodem cantu quò O Filii & filia, &c. pag. 59.

Cantor.

O Filii & filia,
Rex virtutù, Rex gloria,
Cœlos ascēdit hodie. Alleluia.

Chorus.

Alleluia, alleluia, alleluia.

Gaudeamus, exultemus,
Iubilemus, & cantemus
Omnes devotis mentibus. All.

Alleluia, &c.

Cum per dies quadraginta,
Per varia argumenta
Suos firmat Fide verâ. Alleluia.

Alleluia, &c.

Illis simul congregatis,
Et pariter vescentibus
Apparuit Christus Iesus. All.

Alleluia, &c.

Cum illis ipse comedit
Duritiam increpavit,
In mortem ire præcepit. All.

Alleluia, &c.

Tunc omnibus cōgregatis,
Et Matre IESV cum illis,
Iterum dixit Pax vobis. Allel.
Alleluia, &c.

Ascendo ad Patrem meum
Præparare vobis locum,
Vos valetè, & plaudite. Allel.
Alleluia, &c.

Et manibus elevatis,
Ore, corde & labiis
Sanctè benedixit eis. Alleluia.
Alleluia, &c.

Omnes occurrunt Angeli,
Laude & gloria pleni,
Cum jubilo cantant læti. All.
Alleluia, &c.

IESV, IESV Rex gloria,
O IESV trahe nos post te
In cœlo fac nos cantare. Allel.

In hoc festo sanctissimo
Sit laus, & jubilatio,
Benedicamus Domino. Allel.
Alleluia, &c.

DIE PENTECOSTES.

Eodem cantu quò O Filii & filix, &c. pag. 59.

Cantor.

Ipsò die Pentecostes
Erant Apostoli omnes
Pariter in Ierusalem. Alleluia.

Chorus.

Alleluia, alleluia, alleluia.

Et MARIA Mater Christi,
Atque omnes Discipuli,
Ecce aperti sunt cœli. Alleluia.
Alleluia, &c.

Auditus est sonus magnus,
Ac vehemens quoque flatus
Dû venit Spiritus sanctus. All.
Alleluia, &c.

Descendit de cœlo ignis
Partitur in multis linguis
Refulsit in Apostolis. Alleluia.
Alleluia, &c.

Variis loquuntur linguis,
Ac sapientiâ plenis,
Mundus stupet, credit illis, Al.
Alleluia, &c.

O Spiritus sanctissime!
O Consolator optime!
O dulcis hospes animæ! All.
Alleluia, &c.

Veni, veni Sancte, veni,
Illabere nostræ menti,
Corda nostra ecce tibi. Allel.
Alleluia, &c.

Illumina, & inflamma,
Reple nos tua gratia,
Æterna confer gaudia. Allel.
Alleluia, &c.

In hoc festo sanctissimo
Sit laus, & jubilatio,
Benedicamus Domino. Allel.
Alleluia, &c.

RR. Patrum Oratorii Domini IESU
Cantus in Vesperis de B. M. V.



Psal. Dixit Dominus Domino meo : sede à dextris meis. &c.




Psal. Laudate pueri Dominum : laudate nomen Domini. &c.



Psal. Lætatus sū in his quæ dicta sunt mihi : in domū Dñi ibimus.



Psal. Nisi Dominus ædificaverit domū : in vanum laboraverunt



qui ædificant eam.



Psal. Lauda Ierusalem Dominum : lauda Deum tuum Sion. &c.

Magni-




Magnificat anima mea Dominum.



Et exultavit spiritus meus : in Deo salutari meo.



Quia respexit humilitatem ancillæ suæ : ecce enim ex hoc




beatam me dicent omnes generationes.


Sic omnes versus canuntur alternatim, & ubi est paucitas Cantorum, ut in Parochiis, præstat canere secundum cantum ordinariû. Interim ille cantus RR. PP. Oratorii hîc apponitur ad satisfaciendum desiderio multorum.


Huic libello, si placuerit, poterunt addi quædam folia chartæ, in quibus Hymni ordinarii Ecclesiæ, nempe *Vexilla Regis, Jam lucis, Jesu corona Virginum, &c.* describentur pro majore commoditate.




AD MAJOREM DEI,
Beatæque MARIE Virginis, Consolatricis Afflictorum
GLORIAM.















IN NOMINE DOMINI AMEN
HIC INCIPIT LIBER PRIMUS
DE REBUS SACRIS
ET DE OFFICIO
PAPAE ET EPISCOPI
ET DE ALIIS REBUS
SACRIS ET PROFANIS
ET DE ALIIS REBUS
SACRIS ET PROFANIS

DE REBUS SACRIS
ET DE OFFICIO
PAPAE ET EPISCOPI
ET DE ALIIS REBUS
SACRIS ET PROFANIS
ET DE ALIIS REBUS
SACRIS ET PROFANIS
ET DE ALIIS REBUS
SACRIS ET PROFANIS